



18



18

18

18

18



46

† IHS  
BIBLIOTECA DE LOYOLA.  
Sala 1  
Estante 1 47  
Plúleo 1

LIBRARY  
OF THE  
UNIVERSITY OF DEUSTO



FRATRIS ALFONSI A CASTRO  
Zamorenſis, Ordinis Minorū, Ho-  
milīæ vigintiſquatuor habitæ ad  
populum Salmantice in cō-  
uentu fratrum minorū,  
ſuper pſalmū, Bea-  
ti quorū remiſſe  
ſunt iniqui-  
tates.



Fo. 11.  
ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO dño Henrico Portugallia infantī, Archiepiscopo Braccarensi, et in regno Portugallia, summo de rebus fidei cognitori. &c. Frater Alfonsus a Castro. S.P.D.

**Q**VALIS quantaq; sit illustrissime princeps in psalmis Davidis prophetarū omnium excellētissimi. mysteriorum altitudo: quantaq; ad omnes omnium hominum status vtilitas, neq; ego cui nullus eloquentia torrens contingit, neq; ii qui in rebus aliis disserendis foelicissimi fuere, multis voluminibus nedū epistola vna explicare poterunt si pro illorum meritis laudes & gloria prædicare voluerint. Est enim in illis tanta doctrinae fertilitas, tanta sententiarū gravitas, tanta eruditionis foecunditas, tanta deniq; prophetia densitas, vt nihil sit quod desiderare possis, siue pietatem, siue disciplinam, siue rerum gestarū notitiam ab illo requiras. Nam si de pietate & religione doceri optas, nullus est qui illa beatissime

*Depicta te.*



EPISTOLA

ad is in vnam coeuntis vsiam sacratissimū  
 mysterium, apertius prodatur: nullus etiam  
 (de prophetis loquor) qui totū vitæ salua-  
 toris nostri decursum tam exacte, vt ille,  
 describat: nullus qui varia illius tormenta  
 quæ pro nobis in cruce mitissimus tulit, ad  
 vnum vsq; quemadmodū ille retulerit: vt  
 iam magis in passione Christi prædicēda,  
 euangelista q̄ propheta censeſſi possit: Nul-  
 lus qui cultum deo exhibēdum vberius &  
 expressius doceat. Apud illum namq; inue-  
 nies quomodo deū orare debeas, qualiter  
 sit ille rebus omnibus præferendus, quo pa-  
 cto in illo puppim (vt dicitur) et pram col-  
 locare te oporteat, quomodo pro bñficiis  
 ab eo receptis quæ multa & magna esse do-  
 cet, sint illi gratiæ agenda. Si disciplinam  
 cupis, quis illam meli⁹ docere poterit q̄ il-  
 le qui diuſissime in illa versat⁹, per illam dei  
 iustificatiōnes celerrime didicit: ob quam  
 causam ad flagella semper paratū se fuisse  
 testatur, tantū abest vt illa cum infligerent  
 pati recusauerit. Suo igitur exemplo affli-  
 ctos omnes cōsolatur. Si historiam p̄quiris,  
 in illo solo omnium fere rerum a deo gestarū  
 monumenta tenebis: Quæ enim in penta-

*De his  
plurim.*

*De his  
ria.*

NVNCPATORIA. Fo. iiii.

teuco & aliis veteris instrumenti volumini-  
 bus mirabilia dei lōgo tractu describuntur,  
 illorū fere omnium memoria in psalmis Da-  
 uidis refricatur: ita vt illis veluti quodā di-  
 uinorum chronicorū enchiridio vti possis.  
 Iam si de moribus & virtutibus instrui op-  
 tas, solus hic satis est ad omnē virtutē per-  
 fectē adiscendam: cum nullū sit virtutis ge-  
 nus de quo ille vbertim & splendide non do-  
 ceat: nulla contra, vitiorum pestilens farrā-  
 go, nullaq; illorū venenosa soboles de quib-  
 us ille non moneat. Nec solum docet, sed  
 suadet etiā ad viam virtutis capeſſendam.  
 Et in suadendo mirū quanta vis: Sic enim  
 suadet, vt facile quisq; ab illo psuadeatur,  
 si intēto corde & minime obdurato, illum  
 quis legere voluerit. Inter tot autem Dauidis  
 egregias dotes, illa omnium præstantissi-  
 ma est qua peccatores omnes ad pœnitentiā  
 hortatur. Illic enim omnes suas exerit vi-  
 res, omnes adhibet eloquentiæ nervos, nul-  
 lum non mouet lapidem vt peccatori male  
 actorū pœnitudinē psuadere possit. Quo  
 fit vt cum in aliis rebus Dauid, prophetas  
 omnes longo antecurrat spacio, in peccato-  
 rum tamē cordib⁹ mouendis, fouendis, &



## ÆPISTOLA

pmouēdis seipsum superasse videatur. Ob hanc causam ego qui Ecclesiastē siue cōcio natorē ago, aliquos illi<sup>9</sup> psalmos qui a pœnitentia quam tractant, nomēclaturam suscepērunt. ad populū viua voce sum interpretatus, sperans nō paruam inde peccatorēs vtilitatem capturos. Nam psalmū quinquagesimū quo diuinā ille implorauit misericordiā, anno ab hinc tertio corā populo exposui. Illic Dauidis testimonio docui nūquam ob maxīma quæq; scelera esse deiciēdum animū, sed in diuinā semp misericordiā sperandum quæ omnes nostras iniquitates quamlibet graues immensa superat mensura. E docti sunt etiā peccatores, quo affectu, qua etiā reuerentia deum alloqui debeant, cum illum pro suorū venia peccatorū precant. Hunc psalmum vt viua illum voce ad populū fueram interpretatus, euestigio excudendum tradidi. Proximo dein de anno psalmum trigesimū primū qui inter pœnitentiales statō semper & fixo ordine secundus locatur exponendum suscepit: in quo peccatores sic ad pœnitentiā Dauid hortat, vt cogere videatur. Nihil enim in illo solo intētatum reliquit quod ad pœnitentia

## NVNCVPATORIA. Fo.iiii.

tentiæ p̄suasionem quouis modo conducere posset. Hinc p̄cemiis allicit, beatitudinem pœnitentibus p̄mittens: illinc minis vrget, multa docens esse peccatorib<sup>9</sup> parata flagella. Nunc pœnitentiam ab vtilitate quam multiplicē & magnam esse docet, cōmendat: Nūc a necessitate illam laudat, ne quis aliud sibi patere suffugiū peccator exiſtimet: Nunc ab illius facilitate eam extollit, ne improbam forte illius difficultatem peccator causatus, excusare se merito possit. Neq; vero p̄suasionis partes suscipiens, pœnitentiæ qualitates fuit oblitus docere. Sic enim hortatur, vt qualem oporteat esse pœnitentiā, doceat. Sic rursus docet, vt animū ad pœnitentiā vltro agēdam impellat. Verum etsi hūc psalmum, omnīū quæ ad pœnitentiā spectant, vtilissimum & copiosiori doctrina refertissimum esse experimento didiceram, aliquibus tamē aliis non min<sup>9</sup> vtilibus negociis distractus, mala etiā valitudine impeditus, quæ ad populum dixeram, scribere statim non potui. Amicis autem plurib<sup>9</sup> deinde rogantibus, aliis etiā arguentibus ne talentū mihi datum abscederem, coactus sui illorum quæ ad populū



## AEPISTOLA

mant, et vellera tondeant, non vt pascant  
aut a lupis defendant. Tu siquidem etsi re-  
gis filius regisq; frater, episcopi onera subi-  
re nõ recusas: & illius partes quæ multæ &  
laboriosæ sunt, (vt aliis multo te inferiori-  
bus saepe cõtíngit) exequi non dedignaris.  
Quanta autem sollicitudine illas pascas ne  
fame verbi dei intereât, testis est schola bra-  
charensis quam tuis sumptibus erexisti, vt  
per illam densissimæ quæ olim inualuerant  
illic tenebræ profigetur: testes sunt etiam  
quãplurimi viri docti quos tuis stipendiis  
iisq; largissimis in hoc officium alis. Vnde  
euenit vt quẽadmodum cæcus nubes, ita  
tu virorum eruditorum gregem ad te trahas.  
Et merito quidẽ, quoniã si solis verbis, vt  
plerisq; mos est, viris doctis faueres, multi  
ad te veluti ad quoddam miserorum refugium  
confugerent, vt tuo favore vel aspirare lice-  
ret: tanta est prohdolor virorum doctorum  
abiectio, præsertim eorum qui se diuinis mã-  
ciparunt litteris, quibus alendis & fouendis  
rarus: hodie inuenit Mæcenas. Verum cum  
non solis verbis faueas, sed, quæ tua est mu-  
nificencia, muneribus largissimis allicias, lar-  
goribus foueas, dignum quidem est vt in

NVNCVPATORIA. Fo. vi.  
te viri docti confluant, & ad te velut ad tur-  
rissimum placidissimūq; portum cõfugiant.

Munera crede mihi capiunt hominesq; deosq; Quid?  
lib. iij. §  
arte.  
Placatur donis Iuppiter ipse datis  
Quid sapiens faciet? stultus quoq; munere  
gaudet.

Ipse quoq; accepto munere miris erit.

Merito igitur cum apostolis suis in quortu  
nunc locum es subrogatus, piscatorem ani-  
max te deo esse statuit, qui sic viros doctos  
inescare nosti, vt rarus sit qui tuis laqueis  
non libenter capiatur. Tibi igitur serenissi-  
me princeps veluti vnico theologorum præ-  
sidio, has viginti quatuor homilias quas su-  
per psalmum trigessimum primum Salmaticæ  
ad populum habui, dicandas censui: quas  
pro tuo illo vere regio animo gratus spero  
accipies. Neq; aspernaberis, scio, exiguum  
manusculum: sed mittentis animum tibi lon-  
ge deditissimum aestimabis: sicut Xerxes  
ille potentissimus rex qui aquam manibus  
haustam a rustico libenter accepit, & Chri-  
stus Xerxe illo, immo regibus omnibus su-  
perior, pauperculæ viduæ numulos omni-



## ÆPISTOLA

dixeram, memoriã refricare, & illa omnia  
in ordinẽ redigere vt calcographis in om-  
nium vsu traderetur. Vt autẽ Homilias  
quas super hunc psalmũ ædideram, ad vmbilicũ perduxĩ, illas tibi dicare decreuĩ, vt  
german<sup>o</sup> psalmus germanũ ptectorem ha-  
beret. Psalmum siquidem quinquagesimũ  
Portugallia regi obtuleram: vt cum Dauidem regem alioqui benignũ & iustum, pro  
atrocibus suis sceleribus deum orasse audiret, intelligeret non esse nunq̃ de statu suo  
vana securitate sibi blandiẽdum: sed prouida semper circũspectiõne cauẽdum, nedũ  
magis forte se stare lætare, in pessima quã-  
q̃ vitia per focordiã & superbiam laberet:  
vt etiam vel ex eo disceret rex qua benigni-  
tate & clementia subiectum sibi populũ re-  
gere illum oporteat, cum toties deum suis  
peccatis exasperasse, & diuina se egere mi-  
sericordiã intellexerit. Cui igitur psalmũ  
hunc nũcuparem nisi tibi illustrissime prin-  
ceps, qui serenissimĩ regis tam es frater vt  
non tam ouum ouo simile credatur, quam  
tu in regis illius moribus exprimẽdis simi-  
lis es illi. Multa siquidẽ tibi cum illo conue-  
niunt. Pius erga deum affect<sup>o</sup>: benigna atq̃

## INVCVPATORIA. Fo.v.

humana cum subditis conuersatio, iudiciĩ  
rectitudo, sacrarũ literarũ ardens amor, fer-  
uens zelus erga fidem catholicam. Diligen-  
tissima deniq̃ populi vobis commissi admĩ-  
nistratio. Ille enim sui regnĩ gubernationĩ  
sic incumbit, vt nulla sit vel minima res ad  
regnĩ sui administrationẽ spectans, quã il-  
lo inconsulto dispõsetur. Qua in re ab aliis  
plerisq̃ regibus est longe diuersissim<sup>o</sup>, qui  
vt a se omnẽ prorsus laborem reiciãt, om-  
nia per ministros decernunt. Tu vero tan-  
to maiori cura & diligẽtia id agis, quanto  
optime intelligis maiorem esse episcopi q̃  
regis obligationem, durio remq̃ a te q̃ ab  
illo esse exigendam rationem. Vigilas qui-  
dem super gregem tuum tanq̃ redditurus  
deo rationem pro illo. Animã tuam ad in-  
star Christi saluatoris nostri, veri q̃ nostra-  
rum animarũ pastoris, pro ouibus tuis po-  
nis cum omnes tuos cogitatus, omnes tuos  
affectus, omnes deniq̃ vires tuas huic im-  
pendis negotio, vt vel vnã ex ouib<sup>o</sup> tibi  
commissis non perdas. Neq̃ enim tu ex illoꝝ  
numero es qui non vt prosint, sed vt præ-  
sint episcopi sunt: & ad hoc solum pastoris  
officiũ suscipiunt, vt ouium vbera præ-



## ÆPISTOLA

bus omnium diuinitum oblationibus ante tulit. Quod hoc si tibi placuisse intellexero, obligatum me hac ratione efficiet ut maiores & meliores operas quas iam parturio, tibi offeram. Vale virorum doctorum vnicum praesidium & totius Hispaniae decus: Ex Salamantica. sexto calendas Iulii. Anno domini. M. cccc. cxl.



HOMILIA PRIMA. Fo. vii.

## Titul' psalmi. xxxij

Intellectus Dauid, vel secundum aliam translationem, Dauidi intelligentia.

Homilia Prima.



AM immensa est diuinae bonitatis fecunditas, ut non solum ex bonis bona, sed ex malis, quae illo permittente plurima subinde fieri contingit, bona semper eliceret. Nam deus omnipotens, cui rerum *Augustini* est summa potestas, ut Augustini verbis utar, cum summe bonus sit, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens & bonus: ut beneficeret etiam de malo. Non quidem, quod malis ipsius virtutem & potestatem ad bonum aliquid producedum deus tribuerit: nam hoc senti-



## HOMILIA

re summæ dementiæ esset: quoniã (vt ipsa  
met veritas ait) arbor mala non potest fru-  
ctus bonos facere: sed, quod illa ex se face-  
re non queit, deus pro sua immensa bonita-  
te ex illis occasione capta, elicit: cum bona  
facit, quæ nisi mala præcessissent, non fuisset  
facturus. Mala quidem fuit primi homi-  
nis inobediẽtia & diuini præcepti trãsgres-  
sio: sed hæc deo autore, in maximum cessit  
bonum: cum ad hominis redemptionẽ qui  
propter peccatũ a dæmone captiuus tene-  
batur, deus homo fieri, & pro hominibus  
mori dignatus est. At si homo non peccasset,  
quis iuxta quorũdam sententiam deus  
homo nihilominus fieret, nunq̃ tamẽ mor-  
tem gustasset. Nulla etiã lingua dicere, nul-  
lusq̃ intellectus capere sufficit quale quan-  
tumq̃ peccatũ cõmiserint, qui agnum in-  
nocentissimũ absq̃ omni macula, dei scilicet  
& hominis filium tam crudeliter & tam  
turpiter interfecerũt. Sed hanc cedem quæ  
grauissimo iudæorũ scelere commissa est:  
deus in nostram, hoc est totius humani ge-  
neris vtilitatem cõuertit: cum per illi⁹ mor-  
tem omnium delicta cõdonauit, & omnibus,  
regni cœlestis introitũ patefecit: quæ om-

## PRIMA. Fo. viii.

nia nisi Christi morte intercedente, nullus  
assequi potuisset. Nam (vt egregie ap̃ ostol⁹  
docet) sine sanguinis effusione, non sit re-  
missio: neq̃ sine sanguine sacerdos in secun-  
dum intrabat tabernaculũ. Et ideo Chri-  
stus assistens pontifex, per propriũ sangui-  
nem introiuit semel in sancta: vt omnibus  
nobis in posterũ patentem accessum relin-  
queret. Nullum deniq̃ a quouis homine ma-  
lum cõmittit, quod deus pro sua erga nos  
immensa pietate, non vertat in aliquã, aut  
illius qui commisit, aut aliorum vtilitatem.  
Propter qd̃ mihi recte Moyses dixisse vide-  
tur, cũ de deo loquens, ait. Qui suggit mel  
de petra. Nam petra nomine, cõ q̃ sterilis il-  
la sit & ponderosa, peccatũ non imerito si-  
gnificari potest. Mel autẽ cum dulce sit, bo-  
num quodlibet designare potest: quoniam  
nihil virtute & bonitate dulci⁹ esse potest.  
Tunc ergo deus mel de petra suggit, cum  
ex malis quamlibet grauibus quæ homines  
cõmittũt, bona aliqua elicit. Merito ergo  
nos deo dicere poterim⁹, id quod malus il-  
le seruus dño suo (alia forsan in re nõtione) di-  
xit. Metis vbi nõ seminasti. Mala siquidem  
quæ nos cõmittimus, quasi quædam semi-

Hebr.

17.

Deut.  
xxxij.

Moys.

M. Datt.

xxv.



HOMILIA

na nostra sunt, quæ nos male operantes se-  
minam⁹, non autem deus: quoniã deus nõ  
est culpæ nostræ autor, sed virtutis: quæ ad  
modũ ipse Israelẽ per quẽdam pphetam  
docens, ait. Audi Israel, ex me adiutorium  
tuum: ex te autem perditio tua. Cum ergo  
deus ex malis nostris bona elicit, metit vbi  
non seminauerat. Aliquid tamẽ interest in-  
ter eos qui mala cõmittũt: quoniã si is qui  
malum aliquod cõmisit ferreum cor habet  
& intractabile, malum illius deus in aliorũ  
iustorum, qui secundum ppositum vocati  
sunt sancti, vertit vtilitatẽ. Si quis vero ex  
electorũ numero peccare cõtingit, etiam  
hoc ipsum deus pro sua pietate illi facit p-  
ficere in bonum: cum ex perpetrato scelere  
illum docet humilitatẽ & cautelam: vt vide-  
licet sibi ipsi deinceps non fidat: sed in deo  
solo, spei anchoram figat: in illo solo pup-  
pim (vt dicitur) & proram constituat: Cau-  
tior deinceps viuat, & diligentior in sui cu-  
stodia pset. Hinc Paulus ait. Diligentibus  
deum omnia cooperatur in bonum. Omnia  
quidem, siue bona illa sint, siue mala. Nam  
electis dei, in bonum etiam cooperant om-  
nia mala: quia illis proficiunt mala ipsa quæ

Rom. viij.

PRIMA. Fo. ix.

faciunt: cum post perpetratas culpas humi-  
liores redeunt atq; doctiores: sicut viceuer-  
sa contingit aliis, qui ex bono opere super-  
bientes, deficiunt & detrimentũ patiuntur.  
propter quod sapiens ait. Melior est iniqui-  
tas viri, q̃ benefaciens mulier. Viri nomine,  
iustus & fortis significatur. Mulier vero, in-  
firmã et fragilem mentem figurat. Cõtingit  
autẽ sæpe vt vir fortis in peccatũ labatur:  
& homo peccator & debilis bene operetur:  
hoc tamẽ inter vtrũq; interest: q; peccator  
ex bono opere superbit, & ita grauius lædi-  
tur: vir autem iustus & fortis, ex hoc q; se  
male egisse agnoscit, humiliatur: & cauti-  
us deinde viuat: quo fit, vt inde ad maiorẽ iu-  
sticiam proficiat, vnde ad temp⁹ a iusticia  
cecidisse videbat. Melior est ergo iniquitas  
viri, q̃ benefaciens mulier: quia sæpe magis  
proficit iustus ex vnũs peccati ruina, q̃ ho-  
mo peccator ex aliquo opere bono. Multũ  
quippe pfuit Petro peccatũ quo magistrũ  
suum deierans negauit, quem antea vsq; ad  
mortem se confessorũ facile promiserat. In-  
de enim didicit Petrus nunq̃ de suis virib⁹  
presumendũ, sed in deo cõfidendum: quo-  
sine, nihil boni quisquã agere potest: quo-

Ecclesi. xliij.



## HOMILIA

niam neq; agere, neq; cogitare, neq; dicere aliquod bonū nisi deo adiutore possumus. At, qui sic est doctus, vt sibi ipsi diffidēs soli deo innitatur, tantū profecit, vt iam amplius deus illum peccare non sinat. Nam (vt ait propheta) qui cōfidunt in domio, sicut mons sion non cōmouebitur in æternum. Multum etiam Dauid ex peccato suo profecit: nam postq̄ per Nathan pphetam reprehensus est, & deo inspirante in animā illius spiraculū vitæ, respuit: cœpit cognoscere malū in quod se lubēs iniecerat, & bonum quod per negligentia & socordia amiserat. Nam sic vsu euenire comperim⁹, vt tūc homines sua intelligāt bona, quum quæ in potestate habuerant, amiserunt. Hoc ergo bonum ex Dauidis peccato deus elicit, q̄ in de Dauidem humiliore & cautiorem fecit. Nō enim dubito Dauidem multo meliorē & doctiorem post poenitētiā fuisse, q̄ ante peccatū. Post poenitētiā humiliat⁹ est ipsomet testate qui ait. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis. At humilitas intelligētiā aperit: quemadmodū supbia claudit. Per humilitatē enim multa discūtur bona: per supbiam autem, nil nisi malum: ppter

psalm.  
cxliij.

psalm.  
xxvij.

## PRIMA.

Fo. x.

quod ipse alibi ait. Bonū mihi quia humilia <sup>psalm.</sup>  
sti me, vt discam iustificatiōes tuas. Et hoc <sup>cxvii.</sup>  
est quod titulus psalmi indicat, cum ait. Intellectus Dauid. (vel secūdum Pagnini Lucensis translationem) Dauidi intelligentia. Quæ trāslatio apertius tituli sensum indicat: eo q̄ vitatur ambiguitas quæ oriri posset ex nomine Dauid, posito sine vlla inflexione & casus distinctiōe: ob quam causam possent illa verba ad vtrāq; partē detorqueri: vt dicant Dauidē fuisse eruditum, aut illum erudire alios. Hanc ramen amphibologiam optime vitauit Pagnin⁹ cum transtulit, Dauidi intelligentia. Ex qua trāslatione colligimus, illud nomē Dauid, in cōmuni & vulgari translatione esse datiuo casu positum: vt sit sensus, Dauidi post poenitētiā esse datum a deo intellectum, vt intelligeret q̄ nihil ex se homo possit: q̄ dei adiutorio semper indigemus: q̄ nullus suis meritis saluatur: q̄ nunq̄ ob quātacūq; facinora sit desperādum, sed de diuina misericordia semper confidendum: q̄ peccato cōmisso, necessaria est illius confessio: q̄ illa interueniente, peccatū quamlibet graue dimittat. Hæc & alia huiusmodi, Dauid post pec-

b ij



## HOMILIA

catori pœnitentiã, deo interius docente, didicit. Quẽadmodũ vero ipse a deo edoctus fuerat, sic alios erudire curauit: vt fidẽ suam quam obstrinxerat, liberaret. Promiserat enim olim Dauid se docturũ iniquos vias dei, si misericordiã, hoc est peccatorũ suorum quã magna & multa esse cognoscebat, remissionẽ assequeret. Huius igitur pmissi memor, ne deo velut stulta & infidelis sua displiceret pmissio, hunc trigesimũ primum psalmũ composuit: quo pœnitentiã virtutẽ, & diuinã honitatis largitatẽ, quã peccatorib⁹ peccata sua cõfitentibus præsentiissimã tribuit indulgentiam, exprimere est conatus. Vt autem hoc melius faceret, seipsum in exemplũ omnibus peccatorib⁹ profert: vt suo periculo illos cautiiores reddat. Mala quã passus est, eo q̃ suum coelauerit peccatũ, narrat: Bona quã per peccatũ confessionẽ est assequutus, indicat. Qualem oporteat esse cõfessionem, vt peccatorũ remissionẽ impetrare valeat, docet. Hic ergo psalmus pro titulo, intellectum habet: quoniã Dauidi & omnib⁹ aliis peccatoribus dat intellectum, & instruit illos, vt in via hac qua gradiuntur non fiant sicut

## PRIMA.

Fo. xi.

equus & mulus quibus non est intellectus. In hoc psalmo erudiuntur omnes, vt nunq̃ de iusticia sua, ad instar pharisæi in templo orantis se iactare audeant: nunq̃ de bono si quod fecerint gloriã sibi arrogent, sed deo semper acceptũ referant: nunq̃ ante gratiã de meritis suis, quã nulla sunt, glorientur: nunq̃ de peccati impunitate præsumat: sed cum peccatũ aliquod m̃tem sollicitauerit, multa esse peccatoris flagella considerent: vt saltem illorũ horrore & metu pteriti, a peccato perpetrando reuocent: quod si in peccatũ labi cõtigerit (cõtinet autem sæpe) vnicum esse huic veneno saluberrimũ antidotum sciant, male scilicet actorũ confessionem & pœnitentiã, quã nulli peccato quam libet atrocĩ non medet. Hoc igitur emolumẽtum Dauid ex peccato suo (deo tamẽ autore) habuit: q̃ inde hũlior & doctior euasit. Et hanc causam vnam & præcipuam ego esse cõseo, ppter quam deus electos suos in maxima quandoq; vitia labi pmittit: quia illos inde occasione accepta ad suã infirmitatis cognitionem erudit, & sic humiliores & cautiiores facit. Et hoc ipsum sub quadã figura deus olim prænunciãuit:

Universidad de De...  
Biblioteca

HOMILIA

...cum terra pmissionis in potestatem filioru  
Israel tradita, barbaras nationes quæ in ter  
ra illa erant, Chananæum & Amorrhæu  
& lebusæum prorsus subvertere noluit: sed  
illas reliquit, vt erudiret in eis Israelē. Quid  
per barbaras nationes nisi peccata designā  
tur! Nam præter hoc, q̄ omnes illa pecca  
tis repleta erant, illisq; seruibant, ipsa no  
minū interpretatio peccatis vsq; quaq; cō  
uenire dignoscitur. Amorrhæ<sup>9</sup> enim, ama  
rus dicitur latine: at nihil amarius pecca  
to. Nam princeps apostolorū Simoni ma  
go loquens, peccatūq; illius exprimens, di  
xit. In felle amaritudinis, & obligatione ini  
quitatis video te esse. Peccatum siquidem il  
lius, dixit amarū esse sicut fel. Et ob hanc  
causam spiritus sanctus, qui totius bonita  
tis fons est & origo, in columbæ specie ap  
parere dignatus est: quia hæc auis, felle ca  
rere dicitur, Peccatū ergo omne, eo q̄ ama  
rissimum est, Amorrhæi nomine significa  
tur. Chananæus hebraice, latine dicitur af  
fligens. Nihil autē grauius & acerbius men  
tem affligit quam peccatū. Nulla siquidem  
maior afflictio in hac vita esse potest, quā  
diuinā super se portare maledictionē: a deo

Actuū  
viii.

PRIMA.

Fo. xii.

omniū bonorū parente longissime abesse:  
ab hæreditate paterna, æterna videlicet be  
atitudine, esse abdicatum: pœnis deniq; in  
tolerabilibus & sempiternis (nisi pœnitue  
rit) esse iam destinatum. Omitto alias affli  
ctiones quas singula quaq; vitia tanq̄ pro  
prium satellitium secum afferunt: quoniā  
hæ pœnæ innumeræ sunt. Vnde sapiēs ait.  
Homini bono in conspectu suo dedit deus  
sapientiā & sciētiam & lætitiā: peccatori  
autē dedit afflictionē & curam superflua.  
Non quidem q̄ hæc afflictiois causa in deo  
ipso sit, sed in peccatore, qui suo arbitrio  
peccauit: in cuius peccati pœnam, hæc illi  
deus permittit afflictionē. Chananæus igi  
tur qui affligens dicit, peccatum merito si  
gnificat: quod (nisi pœnitētia deleatur) mē  
tem sine vlla intermissione affligit. lebusæi  
nomē non minus peccato conuenit q̄ reli  
qua. Nam lebusæi significatiōem si verbis  
latinis exprimas, sonat cōculcat<sup>9</sup>: & pecca  
tor velut res omniū abiectissima ab omib<sup>9</sup>  
cōculcabit in die iudicii: & nunc a damo  
nibus cōculcat. Peccator siquidē est terra  
illa secus viam, in qua semē iactū fructum  
non tulit, eo q̄ a trāseuntibus cōculcatum

Ecclesi.  
ii.



## HOMILIA

est. Neq; ob aliam causam peccator cōcul-  
catur, q̄ propter peccatū: quoniam homo  
alioqui magnæ est apud deum æstimo-  
nis: peccatū tamen causa est propter quam  
velut quædam vilissima res cōtemnitur &  
cōculcatur. Vidistis iam quo pacto pecca-  
ta, barbaræ merito & incultæ dicantur gen-  
tes, scilicet, Amorrhæus, Chananæus, Ie-  
busæus & cætera id genus: sed has gentes  
domin⁹ in Israele relinquit, cum iustum ali-  
quem in vitia magna labi pmittit. Quo au-  
tem sine reliquerit, subiūgens expressit. Vt  
erudiret, inquit, in eis Israelem. Israel ergo  
reseruatīs gentibus erudit: quia cum iustus  
in vitium aliquod labitur, multa ad salutē  
suam necessaria inde discit. Inde enim q̄ fra-  
gilis sit & debilis agnoscit, qui ante pecca-  
tum multa & magna de se præsumebat. In-  
de quo pacto alios corrigere debeat, doce-  
tur. Qui enim nunq̄ graue aliquod, quod  
sibi debeat ignosci, comisit, nondum quali-  
ter sit aliis ignoscendū plene didicit. Et ob  
hanc causam (iuxta augustini sententiam)  
deus Petrū peccare permisit, vt ex his quæ  
passus fuisset, disceret misericordiam. Vix  
em fieri potest, vt qui misericordiā sibi ne-

*August.*

## PRIMA.

Fo. xlii.

cessariam intelligit, aliis misericors esse no-  
lit. Hinc Paul⁹ ait. Vos qui spirituales estis, Gal. vi  
huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: con-  
sideras teipsum, ne & tu tenteris. Vt quisq; *modi cor-  
rectionis.*  
alium recte corrigat, monet Paulus vt se-  
ipsum prius cōsideret: vitia sua scrutetur,  
quot quantaq; fecerit quibus misericordiā  
sit opus aduertat. Nam si solum pximi pec-  
catū considerauerit, & suum non attende-  
rit, mouebit non ad miserationē sed ad in-  
dignationem: non ad instruendū in spiritu  
lenitatis, sed ad destruendū in spiritu fur o-  
ris. A seipso ergo modum correctionis dis-  
cat, vt videlicet, ea māsuetine & miseri-  
cordia alios corrigat, qua ipse cum in pec-  
cato fuit corrigi optauit. A seipso etiā sub-  
ditorum fragilitatē discat: indignum quip-  
pe est, vt cum vitreus quis sit ferream patie-  
tiam ab aliis requirat: sed eam fragilitatē in  
aliis post peccatū agnoscat quam in se fue-  
rit expertus. Discit etiam iustus ex peccato  
cautelam: quia eo in posterū cautius viuen-  
dum esse intelligit: quo magis antea per im-  
prudenciam cecidit: & tanto maiorem soli-  
cudinē & circumspectionem in certamine  
adhibet, quo magis hostium astutias & po-



## HOMILIA

tentiam expertus est, a quibus iterum vincit formidabat. Hinc Hieremias propheta, iustum qui a peccato resipuit admonet dicens. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines. Specula sibi statuit, qui ventura vitiorum certamina ex alta consideratione praeviso scit. Amaritudines sibi ponit, qui praeterita peccata ut de illis poenitentiam agat ad memoriam revocat. Ipse sibi amaritudines ponit, qui in amaritudine vertit, quae sibi antea male dulcia fuerunt. Amaritudines igitur sibi ponere praecipitur, qui in specula stare debet: quia tunc quisque futura quae imminet melius circumspicit, & cauet vitia: cum poenitens ante oculos suos ponit praeterita quae olim commisit: quoniam ab illis edocetur quo pacto ab aliis se custodire debeat: nam ut quidam dicit.

**Adami  
lius.**

Per varios usus artem experientia fecit  
Exemplo monstrante viam.

Quum equus semel in loco aliquo lapsus est, tam vehementer locum illum reformidat, ut etiam si calcariibus virgeas vix illac transire compellas: quoniam suo ipsi periculo iam factus est cautior. O igitur detestandam plusquam beluinam multorum hominum hebetudinem, qui

## PRIMA. Fo. xliii.

quantalibet exemplorum multitudinem nunquam doctiores fiunt: neque suis periculis sunt cautiores: sed ad eundem lapidem sapissime offendere non verentur. Longe tamen aliter Davidem fecisse non ignoramus, quem postquam de adulterio & homicidio poenituit, nunquam in similia vitia lapsus esse cognoscimus: quoniam experientia docente iam causas & originem peccatorum didicerat: quale sit peccati venentem intellexerat. Iam vias quibus iterum in peccatum agnouerat: & ideo ab illis summa cum diligentia abstinere curavit. Nam post poenitentiam dicit. Mihi deo adherere bonum est: & ponere in deo spem meam. In deo solo sperat: & non in suis viribus: quia quid ex seipso possit iam expertus fuerat: post poenitentiam maiori cum cautela semper vixit: quapropter sciens per oculos mortem ad illum intrasse, illos custodire satagit. Verum quia scit quod nisi dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam: ideo dominum orat dicens. Auerte oculos meos ne videam vanitatem. Alios etiam de eadem re docet dicens. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: & non respexit in vanitates & insanas falsas. Vanitates dixit omnia quae sunt in hoc mundo: quoniam omnia

psalmi.  
lxxxi.

psalmi.  
cxxxvii.

psalmi.  
xxxix.



## HOMILIA

illa (Salomone teste) vanitas sunt. Vt autē omnes ab illarū cōtemplatione auerteret, melius facere non potuit, q̄ dicens illum esse beatum qui in illas non respicit. Exptus etiam fuerat Dauid quātum animā noceāt colloquia praua: ideo in dei laudibus se totum occupat. Nam mediā nocte surgebat ad confitendū deo: & septies in die, laudes illi dicebat. Sed quia optime nouit q̄ nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto, ideo dominū precat dicens. Pone domine custodiam orī meo, & ostiū circum stātiae labiis meis: vt non declinet cor meū in verba malitiæ. Sciebat etiam q̄ peruersæ cogitatiōes separant a deo. ideo tota die in lege domini meditat̄ & in mandatis illius, quæ dilexit, cogitabat. Didicerat etiam totius mali vnicam originem esse ociositatē, ideo ab ea longissime abesse curanit. Quale autem suum fuerit exercitiū ipse indicauit dicens. Exercitabar & scopebam spiritum meum. Et iterum. Seruus autē tuus exercebatur in tuis iustificatiōib⁹. Non exercebar in agroꝝ fossione, aut ortorū cultura, aut arborū amputatione, aut regni dilata-tione, aut cuiusuis alterius patrimonii am-

ps. cxi.

psalmi.  
cxviii

ps. lxx.  
vj.

psalmi.  
cxviii

PRINA. Fo. xv.

pliatione: quoniā omnia hæc vana esse cens-  
leo, & instabilia: quæ consistere nequeunt.  
Exercebor ergo in mādatis tuis, & cōfide-  
rabo vias tuas: quoniā qui tua seruat mada-  
ta, aliud illi parasti regnum, multo his ter-  
renis melius: quod quidē non tēporale est,  
sed regnum omnīū sæculorū. Vides quantā  
sua salutis curam Dauid post peccati pœni-  
tentiā habeat: quanta cum sollicitudine cor  
suum custodiat! Nunq̄ enim tantam antea  
adhibuerat curam: eo q̄ tunc sibi opus esse  
nōdum intellexerat. A peccato ergo quod  
cōmisit, intellexit, sollicitudinē sibi esse ne-  
cessariam. Hæc autem omnia, quæ ipse post  
peccati pœnitentiā, deo interius docente,  
didicit: alios nunc docere vult: vt satis suæ  
promissioni faciat, qua pmiserat se doctu-  
rum iniquos vias dei: vt illis agnitis, ad deū  
conuertī pœnent. Vos igitur peccatores  
ad quos solos nobis est sermo: & quos solos  
Dauid in hoc psalmo erudiendos suscepit,  
attentos esse precor: & prophetæ eruditio-  
nem quam vobis in hoc psalmo tribuit, to-  
ta mente suscipite: quoniā si illam bene ser-  
uaueritis, non dubito quin præterita vitia  
relinquētes, ad virtutis viam capessendam

Attentio  
ad pœni-  
tentes



## HOMILIA

curratis: & sic eatis de virtute in virtutem, ut tandem deum in Sion videre possitis per merita dñi nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA SECUNDA.

Beati quorū remissae sunt iniquitates.



Vi persuadere aliquid aliis conatur, omnibus modis illud laudare, atque maximis quibus potest preconiiis extollere nititur: ut vel sic auditores animos ad illius amorem alliciat. Tunc enim facillime quisque de aliqua re persuadebitur, cum illam undique bonam, videlicet honestam, utilem atque delectabilem esse plene intellexerit. Est enim talis natura boni, ut illud cognitum nemo non appetat. Bonam ergo esse eam rem quisque debet ostendere, quam ab aliis amari & desiderari cupit: quoniam nisi bonam esse vel aliqua ex parte constiterit, fieri non poterit ut aliquis illius amore rapiatur. Ad hunc modum mihi nunc David fecisse videtur: qui cum peccatores omnes ad poenitentiam hortari vellet: poenitentiae laudes enarrare decrevit: & ideo ab omnibus maxi-

## PRIMA.

Fo. xvi.

ma poenitentiae virtute nunc auspiciat, sic inquitens. Beati quorū remissae sunt iniquitates. Non dicit beatos eos qui sunt peccatores expertes: sed eos foelices esse asserit, qui ut peccauerunt, eorum iniquitates remissae sunt. Quonia in hoc psalmo non laudat innocentiam, sed poenitentiam. Prima igitur poenitentiae laus est, quod per illam iniquitates omnes qualescunque graues remittantur. Et ob hanc causam beatos esse asserit poenitentes: quonia peccata quae illos a beatitudine consequenda impediebant, poenitentia iterueniente remissa sunt. Beati igitur poenitentes: quonia viam aperatissimam & rectissimam ad beatitudinem assequendam ingressi sunt. Nam via ipsa ad beatitudinem, in sacris literis frequentissime nominatur beatitudo. Non enim ob aliam causam beatus dicitur qui timet dominum: quia quod via certissima ad beatitudinem est timor dei. Ob eandem causam qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, dicuntur beati. Quonia (ut ait apostolus) omnes qui pie volunt vivere cum christo persecutionem patiuntur. Ob hanc etiam causam beati dicuntur quorum remissae sunt iniquitates: quoniam a deo certa beatitudinis viam sunt assequuti: ut si ab ea non deflexerint, de beatitudine assequenda sint securi. Magna

*Poenitentia  
laude est  
iustitiae.*

*ps. liij.*

*ad alt.  
ij. et  
mo. ij.*



## HOMILIA

ergo iure censenda est hæc pœnitentiæ virtus, q̄ illa interueniēte peccata remittunt: & paradisi portæ quas nobis peccata occluserant, patefiunt. Pœnitentiã hic dicimus, non cuiuslibet pœnæ tolerantia, prout vulgus dicere solet: qui tunc aliquem pœnitentiã agere cœset, cum ieiunat. aut orat, aut pœgre p̄ficiscitur, aut pauperi tribuit elemosynam, aut aliud quoduis sustinet molestum. De hac pœnitentiã, vel (vt veri⁹ dicã) integre pœnitentiã parte, nō est nobis nūc sermo: neq; huius laudes nūc exprimit Dauid: quippe quia non tantū est meritū. Hæc enim pœnitentiã, quæ solum exterioris pœne tolerantiam amplectit, non tantæ est virtutis, vt sola ad peccatorū remissionē sufficiat: nec illa est, quæ regnū cœlorū appropinquare facit. Possunt enim multi corporis labores, multaq; pœnæ & erumnæ tolerari, constante peccati præteriti complacentia, aut voto futuri. Hoc enim ipse domin⁹ per Esaiam p̄phetam testat: qui cum iudæi quærerēt & dicerent: quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliuim⁹ animas nostras & nescisti, respondit. Ecce in die ieiunii vestri inuenit voluntas vestra: & om-

Esaiæ.  
lyij.

## SECUNDA. Fo. xvij.

nes debitores vestros reperitis, Ecce ad lætes & cōrentiones ieiunatis, & pcutitis pugno impie. Et paucis interpositis, tale ieiunium damnās, subdit. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animã suam! Nūquid cōtorquere quasi circulū caput suum, & sacco & cinerem sternere: Nūquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabile domino? Quibus verbis deus omnē corporis afflictionem, quã animæ virtus non comitat, damnat: & inutilem esse asserit. Sola enim ventris esuries, absq; aliarum virtutū exercitio, non valet deum placare: cui solus spiritus cōtribulatus est acceptabile sacrificiū. Nam Paulus etiã si tradiderit corp⁹ suum ita vt ardeat, absq; dei charitate quæ est in cordis cōscientia, nihil sibi profuturū existimat. Hæc igitur exterior corporis afflictio quam vulgus pœnitentiã dicere solet, ad modicum utilis est: nisi illam cordis cōpunctio comiterur. Nō est ergo hæc quã nunc in præsentī psalmo Dauid sic extollit: vt per illam omnes iniquitates remitti asserat: sed pœnitentiã hic dicimus, displicentiã peccati quam corde cōcipimus: ex qua, tristitia quædam oritur

ps. l.

j. cor. iij.



## HOMILIA

cor ipsum affligens. Et hac virtus est quæ iustitia merito dici potest: sicut peccatū ipsum dicitur iniustitia. Et potest quidem intra iustitiæ punitivæ alveum concludi: quoniam per hanc, peccator seipsum ob admissum delictum tristitia & moerore punit. Verum ut hæc perfecta sit virtus, integrā causam adhibere oportet: nam duo alia sunt ibi necessaria: quorum si alterū tollas, virtus non erit, nec alicuius momenti aut roboris existimabitur. Ab eo enim cui peccatū displicet, si peccatū per talem displicentiā sibi condonari oportet, exigitur, ut peccati confessionē habeat in voto: & pro illo satisfactionē: ut scilicet confiteri decernat tempore quo ad illud faciendum tenetur: & satisfactionē pro peccato deo reddere non renuat: hoc est, ut dignas peccato velit luere poenas. Si horū alterum desit, vera non erit displicentiā: nec virtus dicenda erit: quo fiet, ut per illam peccata minime remittantur. Quāvis enim propter peccatum admissum deficiat in dolore vita alicuius: & anni illius trāseant in gemitibus, si tamē peccatū confiteri erubescit, aut satis deo pro peccato facere renuit, hoc est, dignas pro peccato poenas subire recu-

## SECUNDA. Fo. xviii.

fat, nunquā peccati sui remissionem assequetur. Solet etiā poenitentia dici ipsa peccatorum confessio: vel (ut verius dicam) peccatorum in autem confessoris dictorum absolutio: sed hæc sacramentū est, non virtus: eandē tamē habet vim, & efficaciam sicut prior illa quā virtutem esse dixim⁹. Quicquid enim ad peccati deletionē & gratiæ recipiendæ præparationē, & gloriæ coelestis aptationē vni convenit & alteri. Quapropter indiscrete & absque illo discrimine deinceps loquemur cum poenitentia laudes annūciabim⁹: quod de vna dictū fuerit, de alia dictum putato. Vtraque ergo poenitentia, siue virt⁹ siue sacramentū, hanc habet laudem: quod poenitētes, qui ante a via coelestis patriæ declinātes, tanquā ovis quæ perit errabūdi vagabātur, ad rectam beatitudinis viā reducit: quā si tenuerint, ipsam beatitudinē, ad quā omnes tendimus, certissime assequentur. Quoniam iniquitates omnes, quæ illos a recta via abduxerāt, per poenitentia remissæ sunt. Propter quā Salomō ait. Luvor vulneris abstergit malā: & plagæ in secretioribus ventris. Ventris appellatio, ut ne mens intelligat: quia sicut veterē cōsumit escas, ita mens pertractādo excoquit curas:



## HOMILIA

& quemadmodū venter escis repletus distēditur, sic mens multis cogitationib⁹ dilata ta eleuatur. Plagæ ergo in secretiorib⁹ ventris abstergūt mala: quia interior cordis cōpunctio delet omnē peccatorū malitiam. Deus qui solo corde offenditur, solo etiam corde placat. Nihil est enim quod deum offendere possit, si ex corde non pcedit: quoniam id quod voluntariū non est, peccatū censerī non potest. Et hoc ipsum saluator ipse comprobat, qui apud Matthæum ait. De corde exeūt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, blasphemia, falsa testimonia: hæc sunt quæ cōinquināt hominē. Quo verborū schemate aperte satis innuit, quæ ex corde non exeunt, minime hominis animā cōinquinare ac pinde deum non offendere. Cum ergo corde solo deus offēdat, solo etiam corde placari vult. Decernit enim deus, vt eodem loco iustitia & punitio exercean, quod crimen perpetrātū est: quia ergo corde precipue peccat, cordis punitiōne, hoc est cōtritionem deus requirit: & illa precipue placatur. Peccator igit qui deum iratum placare cupit, oportet, vt qd prius cordi suo

Mat.  
rv.

## SECUNDA. Fo. xix.

placuit, postea eidem displiceat: & sicut prius lætatum est cor eius, & exultauit in rebus pessimis, ita postmodū luctum vnigeniti faciat sibi planctum amarū: & sic fiet, vt quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantū tormentū subeat: & tunc plagæ quas in secretioribus mentis suæ sustinuit (iuxta Salomonis sententiā) absterget mala. Et hoc ipsum in Dauide experiri possum⁹. Hic enim cum ad vocem Nathan propheta illum de peccato arguentis dixisset ex corde: peccatiui: statim audiuit ab eodem ppheta. Dominus transiulit peccatū tuum a te. Neq; hoc priuilegiū fuit particularis, vt Dauidi pœnitenti peccatū fuerit dimissum: sed iuxta cōmunē legem, quam dulcis & rectus dominus delinquentibus in via dederat, tunc agere fuit necesse. Vniuersalis namq; lex per Ezechielem pphetam pmulgata, sic ait, Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea: & fecerit iudicium & iusticiam, vita viuet & non morietur. Neq; tam recens putāda est hæc tam pientissima diuinæ bonitatis lex, vt a solo Ezechielis tēpore cœperit, cum multo sit vetustior:

ij. reg.  
xij.

Ezec.  
xviij.



## HOMILIA

quippe quæ post primū hominis admissum peccatū fuerit orta. Nam per hanc pœnitentiã legem primū parētes sunt cōsecuti misericordiã & peccati remissionem. Et per eandem eorū filius Chaim, qui primus humanum sanguinē fudit, habuisset homicidii indulgentiam, si pœnitentiã remedio fuisset usus. Per hanc legem, & Magdalena peccata dimittuntur: & Petro abnegationis crimē cōdonatur. Per eãdem Paulus christianorū persecutor, misericordiã est assequutus. Eiusdem legis favore & auxiliō, latrōis animæ, statim vt corporis nexib⁹ fuit soluta, regni calorū patuit introitus. Nulli deniq; vere pœnitenti, nunq; hæc pœnitentiã lex nō fauit. nam cū in fauorē omnium peccatorū statuta fuerit a deo, oportet vt nulli qui hui⁹ legis implorauerit beneficium sit denegatū, nisi adeo impie de deo sentire non erubescat, vt deum aut mēdacem, aut personarū acceptatorē dicere velit. Omnī igitur vere pœnitenti omnī tēpore semp fuit data peccati remissio. Propter quod statim cū deus leges populo dare cœpit, hanc de peccatorū remissione per pœnitentiã habenda, inter alia miscuit: sub velamine tamen & aliis

Luce,  
xviii.

## SECUNDA. Fo. xx.

quartū remm figuris, put tunc populo illi carnali loqui consuevit. Nam in Leuitico libro de animæ peccatis remedio loquens, ait. Si peccauerit anima per ignoratiam de populo terre, vt faciat quicq; ex his quæ lege domini phibentur atq; delinquat, & cognouerit peccatū suum, offeret capram immaculatā, ponetq; manum super caput hostiæ quæ pro peccato est, & imolabit eam in loco holocausti, tolletq; sacerdos de sanguine in digito suo, & tangens cornua altaris holocausti reliquum fundet ad basim eius. Omnē autem auferēs adipem sicut auferri solet de victimis pacificorum, adolebit super altare in odorem suauitatis domino, rogabitq; pro eo & dimittetur ei. Hæc tunc præcepta sunt ad peccatorū remissionem obtinendam: non vt solum literæ corticem apprehenderent, sed vt spiritualem etiam intelligētiam quæ sub illo cortice lateat, perquireret. Nam (vt ait Paulus) litera occidit, spiritus autē viuificat. Precemur ergo nos deum, vt auferat velamen cordibus nostris, quo claritatem vultus Moyssi intueri possimus: & intelligam⁹ quid intra huius literæ velamen lateat: quoniam si sit



## HOMILIA

qui intelligat, spirituales hic radios facies  
Moyfi vibrat. Ille ergo qui peccauit iubet  
caprā offerre, si peccatū suum agnouit, ex  
quibus colligimus, illius peccatoris hostiā  
non esse acceptam, qui peccatū suum non  
agnoscit. Peccatū suum agnoscere (prout  
ego existimo) ille solus dicendus est, qui q̄-  
noxium est peccatū, & quā grauitur puniē-  
dum cōsiderans, illud detestat. Nam (sicut  
beatus Ioānes ait) qui dicit se nosse deum,  
& mandata eius non seruat, mendax est: ita  
etiam ille mea sententia, peccatū suum non  
agnoscere dicendus est, qui illud, vt decet,  
non detestat. Tanta est enim peccati mali-  
tia, vt quisquis illam probe intellexerit, sta-  
tim ab illa resiliat. Is ergo qui postq̄ pecca-  
uit intellexerit peccatū suum, idest, pecca-  
ti sui malitiam cognouerit, & ob hoc illud  
oderit, offerat capram immaculatā, idest,  
pro peccato satisfactionē. Quod vero addi-  
tur immaculatā, ideo dixit, ne sic vnū pec-  
catum detestet, vt aliud habeat in voto: &  
sic pro vno satisfaciat, vt aliud perpetrare nō  
erubescat. sic enim vni<sup>9</sup> peccati satisfactio,  
alterius cōiunctione maculabitur. Propter  
quod sapiens, ait. Qui baptizat a mortuo,

Lecl.  
xxiiii.

i. Joā.  
ij.

## SECVNDA. Fo. xxxi.

& iterum tangit mortuū quid proficiet lau-  
uatio eius? Parum namq; prodest ab vno &  
altero abstinere, si postea illa aut alia com-  
mittat. Immaculata ergo debet esse hostiā,  
quæ pro peccato offerit. Qui vere de pecca-  
to pœnitet, apud seipsum firmissime statu-  
re debet, nunq̄ aliud simile perpetraturū.  
Huius sanguinem sacerdos digito tangere  
debet, vt fundat super altare, & reliquum  
sanguinē fundat ad basim altaris. Sanguis  
hostiæ pro peccato, lachrymæ sunt pecca-  
toris, & maceratio pœnitentiæ: ppter quod  
Dauid ait. Lætabitur iust<sup>9</sup> cum viderit vin-  
dictam, manus suas lauabit in sanguine pec-  
catoris. Corripit enim iustus cum pecca-  
torem viderit flagellari. Et Iudæi qui Chri-  
sti mortē sitiebant, dicebant. Sanguis eius  
super nos. Ac si dicerēt. Huius peccati pœ-  
na nobis infligatur. Sanguinē ergo hostiæ  
digito tangit, cum peccatori ad pœnitentiā  
cooperat: illud erudiēs qualiter pro pecca-  
tis flere debeat, & illa confiteri non erube-  
scere. Illius sanguinē tangit, cum a peccatis  
absoluit. Oportet ergo pœnitentiā ad sa-  
cerdotem accedere, vulnera peccatorū per  
cōfessionem detegere: coram illo flere: san-

ps. lviij

Mat.  
xxv.

ad. Peniten-  
tem



## HOMILIA

guine suo sacerdos tangat, & sic poenitentem adiuuet, & a peccato absoluat. Sed huius sanguinis partē super altare, partem super basim altaris debet fundere: quia & hominibus & deo peccator reconciliari: & homines & deum sua humili poenitentia, placare debet. Altare hoc, sancta est ecclesia, extra quā nulla est vera oblatio: nec munus aliud quod extra illam offertur, est deo acceptabile. Huius altaris basis est Christus, qui omnes nos portat verbo virtutis suae: sicut ipse per Esaiam prophetam permittit, dicens: *Ego feci, ego feram, ego portabo & saluabo. Sanguinem super altare fundere, est iustorum qui sunt in ecclesia orationes petere: & illis reconciliari. Sed quia omnis iustorum oratio sine Christi favore & auxilio, gratiam impetrare non potest, ideo praecipit, ut sanguinem reliquum fundat ad basim altaris. Quo innuit, ut post impetrata sanctorum patrocinia, conuertat peccator gemitum suum ad deum: coram illo gemit, & spiritus contribulati sacrificium illi offerat: oretque deum, ut gratiam flecti pro peccatis, atque ut peccata quae commisit debite confiteri possit, tribuat. Propter quod sapiens ait. Precare ante fa-*

Esai.  
xvi.

Ecclesi.  
xvij.

## SECUNDA. Fo. xxii.

ciem dei, et minue offendicula. Nullus namque digne potest plāgere quod male egit, nisi si spiritus Christi illum adiuuerit. Quid enim nos oremus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Huius hostiae adeps igne cremandus est. Adeps humanam affectionem significat, quae per haec visibilia sparsa est: quae plurimos affectus malos parit. Sed haec igne cremari praecipit: quia affectus animae per quos illa carnaliter uiuit, ab impetu suo coerceri debent: ut sit in homine unde deus amari possit. Quibus omnibus sic peractis, subdit. Rogabit pro eo sacerdos & dimittet ei. Rogate sacerdote, peccatum dimittit: quia iuxta saluatoris promissa, quorum sacerdotes remiserint peccata, remissa erunt. Videtur illam magnam poenitentiae virtutem sub illo durissimo literae cortice latentem: ut illa interueniente, omnia quolibet grauius peccata remittant. Beati igitur poenitentes: quoniam poenitentiae meritis omnes illorum iniquitates remissae sunt. Magna ergo poenitentiae virtus: quae peccatorem in pristinum iustitiae statum sic saepe restituit, ut nullum praeteriti lapsus vestigium maneat: quo fit,

Rom.  
vii.

Joan.  
ff.



## HOMILIA

vt innocentiae merito aequari possit. Propter quod in Ezechiele propheta, per portam ad aquilonē etiam gloria domini transire dicit, sicut per portam ad orientē. Omnes qui diuinū gratiae lumen, qđ semel hauserunt, cōseruauerunt, in innocētia persistentes, portam ad orientē habent, per quā domini gloria ad illos intrat. Qui autē in peccata ruentes frigore malitiae congelantur, portam ad aquilonē habent: quia illis etiam post peccati frigora regni aditus per misericordiam patet. Porta ergo quae ad aquilonem est, eadem habere dicitur quae porta ad orientem: quia multi post poenitentiam fiunt a deo boni sicut illi qui a peccatis abstinentes innocētiā custodierunt. Et quod mirabilius est, multi post lapsum fortiores per poenitentiam surgunt quā antea fuerant: quia quo magis se cecidisse agnoverint, eo magis surgere conantur. Cum autem cuilibet bene conati deus semper porrigat manū suam, fit vt deo adiuuante, & peccatore magis annitente, peccator rector & fortior surgat: & cautior postmodū uiuat. Vnde euenit, vt poenitentia nō solum aequetur innocētia, sed illi saepe numero iure possit praepōni. In

## SECUNDA. Fo. xxiii.

culus rei confirmationē illud aduertendum est, quod hostia caprae, quae pro peccato offerri iubetur, in eodem loco immolari precipitur, in quo holocaustū: hoc est in introitu tabernaculi: cum tamē ouis pacificorū, quae innocētiā designat, non in introitu tabernaculi, sed longe: puta in vestibulo iubeatur immolari. Quod nō ob aliam causam dictum esse putandum est: nisi quia saepe numero poenitentia longo interuallo excedit innocētiā: ita (vt iuxta Pauli sententiā) ubi abundauit delictum supabundet postea gratia. Credo firmiter meliorem fuisse Dauid post peccati poenitentiam quā ante peccatum. Non dubito Petrum firmius dilexisse dominū post quā egressus foras fleuit amare, quā ante negatiōem illam dilexerat. Quis dubitat Magdalenae vitam post lachrymas in domo Simonis suas multo excellentiorem & maioris meriti fuisse, quā ante unquam fuerat. Nec opus est longum cathalogum texere, cum quotidie videamus multos, qui a statu iustitiae misabiliter lapsi, fructuosa postmodū succedente poenitentia, primam meritōrum gratiam transcendunt. Saepe enim contingit vt aliquis ab hostibus circūdatus pa-

Abner.

Rom. v.



## HOMILIA

rum conet & tepide, pro sui defensione: eo  
q̄ securū se putat nec hostes suos timet: si  
tamen in hostiū potestātē venerit, omnes  
exercet vires, nullū non mouet lapidem: nū  
hil intentatū relinquit, vt ab hostib⁹ eripia  
tur: ereptus postea si contingat oppugnari  
fortius resistet, & cautius aget. Ad eūdem  
modum euenit in multis, qui post poenitē  
tiam fortiores surgūt & cautiores q̄ antea  
fuerant. In quibus nullū dubium, quā illo  
rum poenitētia innocētia eorūdem sit me  
rito praeferenda. Cum ergo tanta sit poeni  
tentia virtus: tot testimoniis & experiētis  
cōprbata: quisquis se peccasse meminit, ad  
poenitentiaē remediū cōfugiat: qm̄ nullum  
est tam graue peccatū neq; tanta peccatorū  
multitudo, cui illa subuenire nō possit, pec  
catorū impetrans remissionem. Qua data,  
statim regni coelestis aditus patet per meri  
ta Iesu Christi filii dei, qui cum patre & spi  
ritu sancto viuūt & regnat in saecula saeculo  
rum. Amen.

## HOMILIA TERTIA.

Et quorū tecta sunt peccata.

## TERTIA. Fo. xxiiii.



Xplicita poenitētia virtute,  
quam tantā esse diximus, vt  
ipsius meritis, quamlibet gra  
ue peccatū, quālibet etiā nu  
merosum remittat: insic vero  
poenitentiaē radicem, videli  
cet charitatē, a qua omnis poenitētia virt⁹  
pcedit, propheta explicat, dicens illos esse  
beatos quorū tecta sunt peccata. Non sunt  
enī remissa iniquitates, quae non sunt tecta.  
Tegūtur autem per charitatē, sicut beatus  
Petrus ait. Caritas operit multitudinem  
peccatorū. Operit quidem velut vestis: quae  
si corpus aliquod vlcerebus plenum texe  
rit, efficiet vt vulnera illius non videantur  
ab aliis: ita caritas si animae peccatis vul  
neratae infundatur: omnia illius vulnera te  
get, vt iam non videantur a deo qui omnia  
nouit. Sicut enim ipsemet deus nescire se di  
cit malos propterea q̄ illis praemia aeterna  
donare non statuit: ita etiam merito dice  
mus illū nescire mala quae supueniente cha  
ritate tegūtur: eo q̄ illis aeternam poenam  
iam non decernit iniungere. Nullū est enim  
malum aut bonum a deo secretum vt illi  
deus poenam aut praemium, non decernat.

i. De  
tri. iij.

De  
obscuro  
lib.



## HOMILIA

Malum ergo cui a deo iusta nō decernitur  
pœna, ab illo iuxta hunc locutiōis modū  
ignoratū esse conuincit. Nam alias nihil  
est, quod illum latere possit. Quid poterit  
occultum esse illi, cuius oculi contemplan-  
t bonos & malos: & cuius oculis (vt ait Pau-  
lus) omnia apta sunt? Vider ergo deus ma-  
la quorū pœnituerūt eorum auctores: non  
tamen sic ea videt, vt illis pœnam æternam  
infligere statuatur: quia charitas superueniēs  
obstat ne sic a deo videatur. Charitas quæ  
se oculis diuinis obicit quo min⁹ deus pec-  
cata videat, hæc est quæ peccata tegere di-  
citur: & ab hac omnē suam virtutem pecca-  
torū pœnitentia capit, vt illius meritis pec-  
cata remittant. Nec solum pœnitentia, sed  
quoduis aliud bonū, vt absolute bonum,  
hoc est vitæ æternæ meritorū dici possit,  
a charitate habet. Hac enī seclusa, nihil est  
quod vitæ æternæ dignum dici possit. Hæc  
est quæ cuilibet bono operi tribuit virtutis  
pfectionem. Omne igitur quod vere bonū  
esse debet, charitate perfici oportet. Nam  
in magnifico illo Salomōis templo: nil erat  
quod non auro tegeret. Templū dei (vt ait  
Paulus) sanctū est, quod estis vos. Verūm

Hebr.  
iiij.

iiij. reg.  
viij.

i. Cor.  
iiij.

## TERTIA.

Fo. xxv.

hoc templū, etsi in aliis quamlibet præcio-  
sis virtutib⁹ cōstruatur: charitatis tamē te-  
gumento deficiente, indignū tanto habita-  
tore iudicabit. Tegit ergo omnia charitas,  
siue bona illa sint siue mala. Bona tegit,  
illis tribuit exactam virtutis pfectionem, &  
vltimū bonitatis completū. Mala tegit,  
quia illa ne a deo videri possint, operit: sic  
q̄ operit, vt illa sola absq̄ villo expressio pec-  
catorum dolore, valeat ad peccatorū remis-  
siōem obtinēdam. Si quis enim peccator,  
maximis etiam criminib⁹ obuolutus, a ty-  
ranno aliquo tormētis vrgeretur vt fidem  
negaret: & ille cōstanti animo fidē teneret:  
& tormenta omnia, omnes cruciatus, mor-  
tem deniq; pro dei amore cōtemnens pa-  
tientissime toleraret, nullus dubitat huius  
mortem fore in conspectu domini præcio-  
sam: etiā si tormētis tunc cogentib⁹, pecca-  
torū suorum minime recordatus, nullum  
propter illa mente cōcepisset dolorem. Ille  
quidem peccatorū pœnitentiam in virtu-  
te & radice habuisse dicitur, qui charitatē ha-  
buit, quæ est veræ pœnitentiæ radix. Si au-  
tem viceversa peccatorū pœniteret, nec ta-  
men charitate aut stimulante aut cogente

aut

d



## HOMILIA

id faceret, nihil illi ad salutē huiusmodi pœnitētia valeret. Et hæc est vna ex potissimis causis ppter quam illis qui sunt in inferno nunq̄ peccata remittent: quīs Salomone teste propter delicta ppetrata gemāt, & illorum pœniteant: quoniā vt id faciant, nō illos charitas impellit aut comitatur, sed solum pœnarū odium, & suipsorū amor. Ex his ergo omnib⁹ colligimus, solam charitatem esse, quæ tanti pœnitentiam facit, vt illius meritis peccata remittant. Hinc est qđ Christus seruator noster, cum mulieri peccatrici peccata cōdonauit, ait. Remittuntē ei peccata multa: quoniā dilexit multū. Nō dixit: quia multum doluit: aut quia multū lachrymata est: aut quia oleo caput meum unxit: aut quia pedes meos lachrymis suis rigauit & capillis terxit: quoniā omnia illa & alia multo duriora, seclusa charitate, nō valent ad remissionem peccatorū: sed dixit, quoniā dilexit multum: vt videlicet omnē pœnitentiæ virtutem ex dei amore pendere innueret. Et propter hanc causam propheta (vt ego existimo) postq̄ pœnitentiæ virtutem explicuerat, dicens beatos esse illos quorū remissa sunt iniquitates, statim

Sapi.  
v.

Luce.  
vii.

## TERTIA. Fo. xxvi.

causam & originem illius remissionis aperuit esse charitatem dicens: & quorū tecta sunt peccata. Tegit autem (vt diximus) sola charitas. Non enim sentio cum illis qui aliud putāt intelligi per iniquitates & aliud per peccata: ita vt iniquitates referāt ad ea quæ per baptismum diluūtur: peccata vero ad illa quæ post baptismū cōmissa per pœnitentiā remittunt. Mihi vero, cum bona illorum venia, ea pbatur sententiā: vt hæc posterior versiculi pars nō aliud quid a priorī significet: sed sit quasi prioris partis interpretatio: iuxta quem loquendū modum sunt in psalmis Dauidicis multa. Et, vt vnū aut alterum e multis proferam: illud est apertissimum quod in psalmo gnagesimo dicitur. Quoniā iniquitatem meam ego cognosco & peccatū meū cōtra me est semp. Nam ideo peccatū se cognoscere ait: quia illud semp ob oculos suos obuersabat. Vix enim fieri potest, vt quis, nisi cœcus ille sit, non videat illud quod semp est coram oculis suis. Et illud est apertissimū quod in alio psalmo ait. Quia prospexit de excelso sacro suo: domin⁹ de cœlo in terram aspexit. Quid sit pspicere de excelso scō, exposuit d ii

Grego  
rius.

ps. l.

ps. c.



## HOMILIA

per id quod subdidit: dñs de cœlo in terrā aspexit. Et in alio psalmo. Deus tu scis insipientiā meam. Quam sententiā repetens subdidit. Et delicta mea a te nō sunt abscondita. Ad hunc modū ego nūc Dauidem fecisse censeo, qui postq̄ dixerat illos esse beatos quorū remissa sunt iniquitates: statim ipsius remissionis principem causam explicuit, sic inquis. Et quorum tecta sunt peccata. Quibus verbis charitatē, quæ sola tegere valet peccata, significauit: docēs illam esse, a qua omnē suum vigorem vera pœnitentia sumit. Verum hīc admonēdum censui, vt nullus putet sic ad veram pœnitentiā esse necessariam charitatē, vt si aliunde, puta ex timore mortis: aut ex metu iustissimi iudicis: aut ex odio pœnarum inferni: aut alia quauis simili causa inchoetur, malam illam esse credat: aut quæ vtilis & fructuosa esse non possit. Absit a Christi fidelib⁹ hæc sententiā: quam sacræ literæ & sanctorū omnium cōcors sententiā damnāt. Nam hæc inter Lutheri impietates & venenosā dogmata numerat. Si enim peccatorū pœnitendo, quæ a timore seruili inchoat bona esse non posset, nunq̄ Christus seruator noster

## TERTIA. Fo. xx. f.

per talem timorem peccatores ad pœnitentiam hortaret: at sapissimè hūc timorem, peccatorū cordibus incussit: vt vel timore cogente, male actorum pœnitētes, bene sibi in posterū consulerent. Nisi pœnitentiā (inquit ille) egeritis, omnes simul peribitis. Et cum de vltimo illo & digne timendo iudicio disputasset, dicens illius diem esse incertū, statim subdidit. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dñs vester ventur⁹ sit. Et in parabola de cœna, ad quam cum inuitati recusatē venire, ait domin⁹ seruo. Exi in vias & sepes, & compelle eos intrare, vt impleatur domus mea. At quis non videt compulsionē fieri, non tractu suauī, sed per quādam quasi vim & violentiā: & tamen sic cōpuli intrans domū dei & implent illam. Et præcursor illius Ioannes baptista, cum peccatores ad pœnitentiā hortatur, iram domini illis futuram nisi id fecerint docet: vt timore urgente, discant a peccatis cauere, et propter iam cōmissā dolere: sic enim ait. Genimina viperarū quis ostendet vobis fugere a vëtura ira! Facite ergo fruct⁹ dignos pœnitentiæ. Et paucis interiectis, pœnas inferni minatur iis qui non egerint pœnitentiā,

Luce  
xiiij.

Mat.  
xxiiij.

Luce  
xiiij.

Luce  
iiij.



## HOMILIA

sic inquit. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Si mala esset peccatorum penitudo quae a timore mortis & gehennae inchoatur, nunquam saluator noster, aut illius praecursor peccatores ad illam horreret. Deinde parabola illa apud Matthaeum de rege subducente rationem cum seruis suis, & debita ab uno seruorum exigente, apertissime docet talem contritionem peccatorum, quae a gehennae odio oritur esse bonam & fructuosam: & ad peccatorum remissionem obtinendam sufficientem. Nam seruus ille, decem millium talento rum debitor, qui eo quod soluendo non erat solutus est vendi, hoc est, demonibus ad torquendum tradit. Horrore & odio poenarum quibus illum rex destinabat, preces ad dominum fudit, humiliter pro sola debiti prolatione supplicans: cui rex pro sua benignitate & magnificentia, non solum quam petiit dilationem, sed totius debiti remissionem indulgit: quae rata permansisset, si ille eam impendisset conseruo misericordiam, quam se a domino accepisse meminerat. Non est ergo mala poenitentia quae a timore etiam ser-

Mat.  
xvii.

## TERTIA. Fo. xxviii.

uili inchoat. Verum & si huiusmodi poenitentia: quae ex timore gehennae & horrore poenarum oritur mala non sit, bona tamen nunquam erit nisi ultra progrediatur: ut scilicet ex timore procedat in amorem: ita ut quod timore inchoatum est, amore postmodum perficiatur. Nam haec est timoris seruilis virtus & bonitas, quod amorem inducere potest, velut acus filum. Nam de hoc timore testatur propheta, illum esse initium sapientiae, illius (inquam) sapientiae, de qua sapiens ait. Dilectio dei honorabilis sapientia. Fieri enim potest ut quis ex odio poenarum procedat ad cognitionem peccatorum: considerans & perpendens quanta sit peccati malitia: cui tot tantaque parantur poenae. Nam (ut est apud Esaiam) vexatio dat intellectum. Deinde ex cognitione peccati conuertit se ad cognitionem virtutis, & quanta sit merces illi a deo parata, considerat: & inde ad deum peruenit illius iustitiam contemplanter: qui ut malis poenam, ita bonis praemia magna tribuit, & propter hoc illum amat. Et inde iterum conuertit se ad peccati considerationem, per quod agnoscit se deum offendisse. Tunc igitur peccati negitia exacte considerata

aduenit

ps. cx.

Ecclesi. j.

Esai. xlvii.

xvii.



## HOMILIA

odit illud, non solum ratione pœnarũ quæ ppter illud infligendæ sunt nisi pœniteat: sed quia malum: quia virtuti cõtrariũ: quia per illud deus offenditur. Quo factõ, deus pœnitentiã huiusmodi acceptã, statim cõdonat peccatũ: non quidem tũc cum ex solo gehennæ horrore & odio peccatũ odire cœpit, quoniã illud odium etsi nõ malum, inutile tamẽ cœsetur: sed cum timore stimulante ad dilectiõem pueniens, inde iterum ad peccati odium cõuersus est. Et tunc peccatũ illius charitate supueniente, rectum esse incipit: cum tamẽ ante aduẽtum charitatis profum detectũ esset, atq; denudatum.

**T**imor igit̃ præstare potest pœnitentiã inĩtium, sed sola charitas præstare potest cõplemẽtum. Timor aperit viam peccatori, per quã ad deum redire possit, ipsumq; peccatorẽ in limine viæ constituit: charitas vero vsq; ad finem viæ pducit, quousq; illum deo a quo per peccatũ elõgatus fuerat, cõiũgat. Amore igitur & timore ducimur & trahimur. Nam sicut vnũuersã viã quibus diuina maiestas ad nos descẽdit sunt miser cordia & veritas siue iusticia: ita vnũuersã viã per quas nos ad se trahũt, sunt amor &

## TERTIA. Fo. xxix.

timor. Amoris tractus dulcis est & blãdus: timoris vero durior sed saluberimus iis potissimũ qui duro sunt corde: quoniã difficile conuertunt ad cor, qui trahunt iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculũ plaustrũ peccatũ. Aliqui solo amore reducuntur: sed hi pauci, quos æquus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

Cæteri vero timore aperiente viam amore ducuntur. Et hæc duo, timor videlicet & amor, duob; malis, quæ peccatũ reliquerat medentur. In quolibet enĩ peccato hæc duo sunt: auersio videlicet ab incõmutabili bono: & cõuersio ad cõmutabile bonũ. Nam de his duob; peccatores omnes deus notat, per Hieremiã pphetam, dicens. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas quæ cõtinere nõ valent aquas. Auersiõis malũ significauit per hoc qd dixit illos dereliquisse fontem aquæ viuæ: seipsum fontem appellans: a quo bona cuncta pcedunt. Huius ergo fontis desertio, est omnium bonorum destitutio. Nam si cut illo habito, cum illo omne bonum habetur: ita illo derelicto simul cum illo omne bonum derelinquit. Per cisternas, creaturas

Hiere  
ij.



## HOMILIA

omnes significauit: quas dissipatas dicit, rufinarū plenas vndiq; defluētes: eo q; aquas veræ sapientiæ, beatitudinis, pacis & quietis continere non possunt. Si enim quietem aliquam in illis vel ad horam sumpseris, statim alia ex parte quies fugit: nec illam creatura aliqua perpetuo continere potest, in huiusmodi cisternarū effusione, labor innuitur, qui pro ipsis creaturis sumitur. Quo verborum schemate laborē qui pro peccatorū peccatiōe toleratur, significauit: iuxta illud quod per eundē pphetam dixit. Vt inique agerent, laborauerūt. Cum ergo hæc duo mala sint in peccato, auersio a deo: & inordinata ad creaturam cōuersio: duo alia contraria exiguntur in vera pœnitentia, vt his duob; malis mederi possit. Primum est, vt reuocet ab inordinato creaturæ amore. Alterum, vt creaturis desertis se cōuertat ad verum dei amorē, qui omnium bonorum est fons. Vt autem ab inordinato creaturæ amore reuocet peccator, multa sunt quæ illum allicere & vrgere valent. Primum est, timor gehennæ vel alterius cuiuscunq; terribilis pœnæ: quemadmodū bruta animalia ab eis quas maxime cōcupiscunt; coercentur.

Hier.  
ir.

7

## TERTIA. Fo. xxx.

tur. Si enim canis ad cibum currenti & anhelanti baculum obiciat, sistit pedem: si minoris acrius, retrahit paulatim pedes: si acerbius agas & vehementiori impetu illum inuadas, prorūsus derelicto quem cōcupiscebat cibo, fugam capescit. Ad hunc modū coerceri possunt peccatores ab iis quæ foris patent: ne scilicet ad aliquam exteriorē transgressionem pcedant: per prædicationū tonitrua: per sacræ scripturæ fulminagehennales flāmas minantia. A mala autem peccati cōplacentia, solus hic timor, non potest reuocare peccatorē. Vnde si puer sus quisq; tartareā incendiā coram se videret, a malorū ppetratione seipsum coercere posset, verum ad amorē iustitiæ nunq; induceret, nisi gratia diuina illum traheret, sicut ipse ait. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit illum. Hoc autem vel ex eo conici potest, q; timore pœnæ sublato sicut canis ad vomitum redit. Sic storax seruus, sapiens ille quidem apud Terētium dixit. Malo coactus qui suum officium facit, dum id rescitum iri credit, cauet: si sperat fore clā, rursus ad ingeniū redit, ille quem beneficio aditūgas ex animo facit, studet par referre,

Joan.  
vj.

In ad-  
clipsis.



## HOMILIA

præsens absensq; idem erit. Potest etiã peccator a creaturæ inordinato amore reuocari per amorẽ & desiderũ aterni præmiũ: ita vt considerata illius coelestis præmiũ magnitudine, omnia hæc inferiora, vt illud assequatur relinquat: quia omnia hæc ad illud relata, nihil esse iudicat. Hoc enim modo Christus ad poenitentiaẽ alliciebat, dicens. Agite poenitentiam, appropinquabit regnũ coeloru. Sed hoc, homo peccator ex se prestare nõ potest: quia cum per peccatũ intellectus acies sit hebetata: spiritalia & aterna tanq; a sensu remota, parua iudicat: temporalia vero & carnalia eo q; pximiora magna aestimat: & inde euenit, vt carnalia spiritalibus, & temporalia praferat aternis.

3/ Tertiũ quod potest peccatorẽ ab inordinato creaturæ amore reuocare est purus dei amor, in cuius cõparatione reliqua omnia nihil esse putat: sciens certo q; cum illo omnia bona adueniẽt sibi. Et quo amor hic purior est & maior, eo iusticia amplior & perfectior. Si ad poenitentiaẽ solus timor gehennæ, aut quilibet alius similis metus impulerit peccatorẽ, nunq; ille iustificabit, nec verus erit poenitens: etiã si huic timori cõiungat

Mat.  
iii

## TERTIA. Fo. xxxi.

præmiũ aterni amor & desiderium: verum non efficiet poenitentẽ: nec poenitentia quæ solum ab his duabus radicibus oritur valebit ad peccatorũ remissionẽ obtinendam. Nam illud desiderium ex sui ipsius amore procedit, quõ homo sibi bonum optat: is autẽ nunq; est meritũ radix. Propter quod si quis durissima & acerbissimam ageret poenitentia, non amore dei, sed amore coelestis præmiũ quod sibi dari sperat, nunq; sic iustificabitur. Tertium igitur superest, videlicet amor dei, qui solus satis est, vt verũ efficiat poenitentẽ: qui suorum peccatorũ remissionem merito impetrare possit. Si autẽ huic dei amorũ iungat, aut timor gehennæ, aut præmiũ desiderium, aut vtrumq; simul, nihil obesse poterit, modo principẽ locum hac in causa amor dei teneat: reliqui autẽ duo tanq; qui illum iuuat & illi deseruiũt. Nam timor quõs poenitentia non perficiat, tamẽ (vt diximus) animũ ad poenitentiaẽ præparat: viãq; illi ad poenitentiaẽ aperit. Quare cum dominus ad Heliam veniret multa ante se pmisserat, in quorum nullo aderat. Primo enim ptransiit ante dominũ spũs grandis & fortis cõterens petras: sed non in spũ

ij. Regũ, xij



## HOMILIA

istu dñs. Post spiritū cōmotio, sed non in cōmotiōe domin⁹. Post cōmotionē ignis, sed non in igne domin⁹. Post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi dominus. Spiritus grandis & fortis qui præcedit dominū subuertens mōtes & cōterens petras, timor est futuri iudicii qui omnē superbix mōtem deficit, & cordis duriciam cōterit & emollit: sed non in hoc spiritu domin⁹ per adoptionis grām. Multis enim deus hunc incutit timorē, qui tamen non corrigunt. Nam de quibusdam ppheta Hieremias ait. Percussisti eos, & non doluerūt: attriuisisti eos & reuerūt accipere disciplinam. Indurauerūt facies suas supra petram & noluerūt reueriti. Ex quo colligim⁹ q̄ ultra timoris incursionem, & flagellorū infictionē, necessaria est gratia cor molliēs, vt timor ille fructuosus esse possit. Et ob hanc causam post spiritum sequit cōmotio, idest cordis compunctio: qua deus illi spiritū timoris infundit, ipse cōmouet terrā cordis nostri, vt de præteritis malis pœniteat & doleat. Sed non in cōmotione dñs: quia maleactorū pœnitentia non sufficit gratiam impetrare. & deum ad cor peccatoris adducere: nisi etiam vitæ

Idere:  
v.

## TERTIA. Fo. xxxii.

melioris ppositū accedat. Et ideo post cōmotiōem succedit ignis cor peccatoris ad desiderū vitæ melioris inflammās: sed nec in igne dñs per iustificatiōis gratiam. Desideriū enim solū vitæ in melius cōmutādæ non iustificat peccatorē: sed disponit ad iustificationem quæ per solam grām fit. Omnia enim illa quæ præcesserunt pparatoria sunt, quæ praua faciūt directā: & aspera æquant in vias planas: et ideo dñm præire dicitur: vt videlicet illi retro venienti ppararent locū. Sed post illa omnia quæ diximus, statim absq̄ vlla mora dñs sequit: ideo subditur. Post ignem sibilus auræ tenuis: et ibi dñs. Nam postq̄ deus a corde peccatoris ppter peccatum recessit, nunq̄ ad illud ante gratiæ infusionē redit, sed tunc primū cor hominis inhabitat, cum gratiā illi confert. Constat autē prius peccatorē velle in meli⁹ vitam mutare & deum diligere: q̄ illi deus gratiam infundat: quapropter in igne qui ppositum vitæ melioris & dilectiōem dei figurat merito domin⁹ non inesse dicit: eo q̄ ille prior sit gratia. In sibilu autem auræ tenuis domin⁹ esse dicit quæ nos deo cōiungit. Verū etsi in igne dñs non sit: dño tame



## HOMILIA

fic præparat locum ignis, vt illum habitare nunq̄ dominus dedignetur: quo fit vt statim post ignem ipse sequatur: quia postq̄ peccator deum vere diligere incipit, statim deus peccata remittit, & gratiam qua bene operetur tribuit. Attende igitur ordinem. Primus accedit timor, huc sequitur cordis cōpunctio, compunctiōi succedit amor dei, amoremq̄ dei, nunq̄ deserit remissio peccatorū & gratia quin statim illum sequant. A timore ergo inchoata pœnitētia in amore tandem pficitur, & charitate consummat. Illa autem sic cōsummata statim illius meritis peccata cōdonātur & gratia confertur. Quapropter charitas merito tectū dici potest: quia est totius ædificiū complemētū: & quo reliqua quæ intra domum sunt, teguntur. Merito ergo Dauid ait beatos esse illos quorum tecta sunt peccata: quoniā illa sola sunt, vere tecta quæ a charitate teguntur. Quæ autem sic tecta sunt illa sola remissa sunt. Cum ergo Dauid ait, beati quorū tecta sunt peccata: huc tendit, vt dicat illos esse vere pœnitentes ac p̄inde vere beatos, qui peccata sua agnoscētes, illorum ppter dei amorē pœnitent. Non igitur beati, sed

## TERTIA. Fo. xxxiii.

miseri, qui non ppter dei amorem sed propter solum aut gehēnæ aut alterius pœnæ timorem pœnitent: quoniā horum peccata non sunt charitate tecta: ac proinde nec remissa. Talis enim pœnitētia cum plene libera non sit, eo q̄ a timore qui libertatem, aliqua ex parte minuit, nascitur, deo grata esse non p̄t. Volūtariē enim deo sacrificare debet, qui suo sacrificio deum placare cupit, qm̄ nō placēt deo coacta seruitia. Quicunq̄ ergo pœnitentiā facere pponit (iuxta Pauli cōsilium) non ex tristitia aut ex necessitate eam faciat: hoc est, non ex timore qui necessitatē inducit, et cor tristitia afficit: sed ex amore qui animū exhilarat. Hilaritatem enim datorē diligit deus. Quod si hanc amoris hilaritatē non habes, nec forte a te ipso potes habere: precare deum, vt tibi illam conferat: quoniā ille est qui rigat montes de superiorib⁹ suis: vt exhilaret faciem in oleo. Ille est enim solus qui dat posse, & perficere. Ille est qui tegit aquis superiora animæ nostræ. Precemur ergo omnes illum, vt nobis suum infundat amorē, quo peccata præterita tegere possimus, vt cum tecta fuerint, beati dici mereamur hic p̄ gratiā,



HOMILIA  
& in futuro per gloria. Quam nobis praes-  
tare dignetur per merita Iesu Christi, qui  
cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat  
in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA QVARTA.

Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum.

*atten-  
peccati  
miseriam.*



Agnam esse peccati miseriam,  
uex hoc solo concipi potest,  
quod propheta illum esse censet  
beatum, cui dominus peccatum non  
imputauit. Quo fit, ut uice  
uersa non beatus sed miser il-  
le sit, cui dominus imputat pecca-  
tum. Vere miser, quia rectam supremam mi-  
seriam uiam iam est ingressus. Sicut enim pe-  
nitentia (ut iam supra docuimus) beatitudo  
dicitur: pro eo quod uia est certissima ad bea-  
titudinem assequendam: ita peccatum miseriam  
summa dici potest, quia uiam aperit ad supremam  
miseriam: quae uidelicet est in inferno. Et ob  
hanc causam, peccatum ipsum dicitur porta  
mortis: quia per illud transitur ad mortem se-  
cundam a qua nulla est resurrectio. Nam de

QVARTA. Fo. xxxiiii.  
illis qui in peccatum lapsi sunt, Dauid in alio  
quodam psalmo ait. Appropinquauerunt ad ps. cx.  
portas mortis. Portae mortis aeternae pec-  
cata sunt, per quae transit ad illam. In his por-  
tis sunt peccatores, qui grauiam commiserunt deli-  
cta: quas portas si corporis morte impellen-  
te transeant, ad mortem aeternam uenient.  
Ut igitur peccator huiusmodi effugiat pe-  
riculum, oportet ut tepestiuè ah homini portis  
pedem retrahat: ne forte paruo mortis im-  
pulsu in illam cogat mortem pertransire, a qua  
nunquam repedare licebit. Magna itaque miseriam  
peccatum, quod portam latissimam aperit ad uer-  
tam miseriam. Tanta est peccati miseriam ut  
Dauid in alio quodam psalmo peccatum ap-  
pellet quendam miseriam lacum. Nam deo gratias  
agens, quod illum a peccato liberauit, ait. E du psalmi.  
xisti me de lacu miseriam. Si tanta est peccati xxxii.  
miseriam, beatus merito dicitur, qui ab hac mi-  
seriam longissime abest. Abest autem ab illa, cui  
ex hoc saeculo migrantem dominus peccatum non im-  
putauit. Beatus igitur ille uir cui non impu-  
tauit dominus peccatum. In quibus uerbis Dauid  
(ut existimo) declarat id quod prius dixerat  
de peccatorum remissione. Quia enim prius dixe-  
rat illos esse beatos quorum remissa sunt iniqua  
e ii



## HOMILIA

tates: & dubitaret forte aliquis quid sit peccatum remitti, nunc id interpretatur dicens. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Nam peccatum dimittere idem esse censeo, ac non imputare illud. Peccatum enim tunc imputari dicitur, quando ad poenam destinatum est. Quo fit, ut illud peccatum non imputari dicatur alicui, pro quo nulla illi decernitur poena in inferno infligenda. Peccatum autem cui poena aeterna non paratur (de grauius loquor) illud remissum esse censetur. Ex quibus colligimus, nil aliud esse remittere aliud quod mortale peccatum, quam illud peccatori non imputari. Non autem imputatur, quod ad poenam aeternam non destinatur. **H**ac autem omnia apertiora erunt, si consideremus quales post se reliquias peccatum relinquit, quae operatione peccati transacta valeant aliquid in peccatoris nomine conseruare. Necessarium est enim manere aliquid in peccatore post criminis perpetrationem, ut peccator dici mereatur: quoniam ab operatione quae iam praeteriit talem appellationem non potest suscipere. Id enim quod non est, alicuius vere existentis appellationem non potest tribuere. **U**t igitur aliquis malo opere transacto pec

## QUARTA. Fo. xxxv.

cator merito dici possit, oportet aliquam peccati reliquam in illo manere. Nihil autem peccati opus post se relinquit in peccatore praeter hoc quod propter peccati meritum ad poenam aeternam iudicatus est, & reus mortis aeternae apud diuinum iudicium declaratus. Ab hoc igitur solo reatu, & ab hac sola mortis aeternae obligatione, peccator dicitur, post elapsam peccati opus. Obligatione hac dissoluta, & huiusmodi nexibus disruptis, cum nihil iam supersit unde vere possit dici peccator: peccatum ipsum tunc remissum esse dicitur. **Q**uod beatus Petrus apostolus satis aperte innuit, cum Simonem magum reprehendens, eo quod donum dei existimauit pecunia possidere, dixit illi. Poenitentiam age ab hac nequitia tua: & roga deum si forte remittat tibi haec cogitatio cordis tui. In seculo enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse. Cum autem dixit obligationem iniquitatis, mortem aeternam, cui peccato exigente adiudicatus est, intelligi uoluit. Verum quia ab hac obligatione, poenitentia intercedere liberari poterat, illum admonuit, ut poenitentiam ageret, fiduciam ad praescendae remissionis illi praebens. **P**ostquam au-

Actu,  
vii-



## HOMELIA

rem illum ad poenitentiam, & peccati remissionem per illam querendam hortatus est, calcaria quibus ad id faciendum vehementius urgeret addidit, dicens. In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse. Ex quibus verbis duo colligere possumus. Primum est, quod post peccati opus transactum, ideo aliquis dicit peccator: quia est in obligatione mortis aeternae, cui propter peccatum est destinatus. Alterum, quod peccatum remitti, est haec obligationem dissolui: & peccatorem a tali obligatione eripi. Qui autem ab huiusmodi obligatione eripitur, illi peccatum non imputatur: quo fit, ut idem sit peccatum alicui remittere, & illi peccatum non imputare. hoc est nullam illi aeternam decernere poenam. Poenitentia igitur meritum quod priori sermone diximus esse satis ad peccati remissionem impetrandam, nunc aptioribus verbis in presenti versiculo declarat, cum dicitur. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Haec est poenitentiae virtus, ut ipsa intercedente, peccatum iam non imputetur peccatori. Tantam enim vim apud deum habet poenitentia, ut illum cogat (si deus cogi dicendus est) ad recedendam tristem quam aduersus peccatorem de-

QVARTA. Fo. xxxvi.  
creuerat sententiam. Sic enim ipsemet se facturum per Hieremiam prophetam promittit dicens. Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersus eam, agam & ego poenitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei: & subito loquar de gente & de regno ut edificem & plantem illud. Et idem per Ezechielem prophetam statuit sic dicens. Si dixerio impio, morte morieris: & egerit poenitentiam a peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit: in mandatis viae ambulauerit: nec fecerit quicquam iniustum, vita viuet & non morietur. Omnia enim peccata eius quae peccauit, non imputabuntur ei. Sed quare non imputabuntur? Quia ille poenitentiam egit. Deus enim peccatorem propter antiqua peccata non damnat: quoniam magis praesentia considerat quam praeterita, ipso attestante qui ait: Qualem te inueni ro, talem te iudicabo. Nam sicut peccatorem praeteritae non saluant iustitiae, si nouis sceleribus fuerit immerlus: ita iustum, antiqua peccata quolibet grauiora non perdunt, si poenitentia succedente praeteritos correxerit errores. Non est deus talis, ut velit bis pro eodem de-



## HOMILIA

licto aliquē punire. Puniret autem bis peccator, si post veram hic ab illo pactam poenitentia in inferno iterum puniretur: quonia qui vere poenitet, seipsum propter commissa scelera punit: qua punitione, & dei iudicium & punitionem euadit. Puniat ergo hic peccator, ne puniat postmodū a deo: seipsum recte hic iudicet, ne a deo postea iudicetur. Si nosmetipsos iudicaremus (inquit Paulus) nōvitiq; iudicaremur. Propter quod illis qui etiam cum maleactorū poenituerint, Caīm & Iudam imitātes, diuinam non putāt se posse impetrare misericordiā, aptissime cōueniet illa prophetae reprehensio qua ait. Quid cogitatis contra dñm? Consumptionē ipse facit: nō cōsurget duplex tribulatio. Non est deus talis qui velit poenitentis dolorē pducere in immēsū: sed cōsumptionē facit. Non infert duplicē pro eodem crimine tribulationē. Prima tribulatio est poenitentia: alioqui spīritus poenitentis non diceret spīritus cōtribulatus. Sacrificium deo (inquit ppheta) spīritus cōtribulatus. Sed a quo tribulatus? A poenitentia quae optima & salubris est cordis tribulatio. Hāc ē tribulatio illa de qua Sarra vxor

i. Lo-  
rin, iij

Mañ, j

ps. l.

## QVARTA. Fo. xxxvii.

Thobia iunioris, ait. Benedictū est nomē tuum deus patrum nostrorū: qui cum irat⁹ Tob, fueris misericordiā facies: & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui intocāt te. Non est aliqua tribulatio in cuius tēpore deus peccata dimittat, nisi poenitentia. Neq; filiorū mortes, nec depredatio totius supellectilis, nec salutis ppriā iactura, nec alia quauis corporis tribulatio, quae afflictissimū hominē reddat, & moerore confundam nisi adsit poenitentia. Hāc est quae cōterens contribulat capita draconum in aquis lachrymarū. Et merito poenitētia tribulatio dicitur: quonia (vt ait sapiēs) omnis plaga tristitia cordis est. Nam omnis reliqua tribulatio, si cum lātitia cordis suscipiatur leuis est. At si cordis tristitia adsit, grauissima reputat. Magna ergo tribulatio est poenitentia. Et sic tribulatis, dñm prope esse ppheta testatur dicens. Prope est domin⁹ iis qui tribulato sunt corde. Prope quidē quia in quacunq; hora peccator ingemuerit, statim illi subuenit praestās omnium peccatorū veniam. Talis autem hāc est tribulatio vt viam pracludat vltimae tribulationi, quae

Ecclesi-  
xxv.

ps. xxx  
iij.



### HOMILIA

malos sine fine cōtribulabit in inferno. Nō cōsurget (inquit propheta) duplex tribulatio. Duplex autē esset tribulatio, si post pœnitentiæ tribulationē, inferni tribulatio sequerēt. Deus ergo qui pientissim⁹ est, eum qui cor suum per pœnitentiā tribulauit: nō patietur altera tribulatione pro eodem delicto affligi. Propter quod eadē Sarra quæ Tobie supra, ad deum loquens, ait. Non delectaris in pditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillū facis: & post lachrymationem & fletum exultationem infundis. At tendē obsecro ordinē. Post lachrymationē & fletum, exultatio: post tempestatē tranquillitas. Nec ante fletū vera exultatio: nec ante tempestatē vera tranquillitas. Si ergo exultare cupit peccator, oportet vt hic prius lachrymet & flet. Euntes (inquit pphe-  
ta) ibant & flebant mittētes semina sua. Venientes autē veniēt cum exultatione portantes manipulos suos. Nō exultassent, nisi prius fleuissent. Prius ergo flendū, postea exultandum. Si etiā peccator tranquillitatē optat, oportet vt prius in corde suo tepestatem suscitet, de qua dicit. In spū vehemens cōterens naues tharsis. Spirit⁹ vehemens

### QUARTA. Fo. xxxviii.

naues tharsis cōterit, cū valida compūctio nis vis, mentes nras in hoc mundo quasi in vasto maris pelago positas, salubri terrore cōfundit. Cum enim vehemēs pœnitentiæ spūs mentem peccatoris cōcutit, omnē in ea fallacem & reprehensibilem latitiam pturbat: vt nihil iam nisi flere illi placeat: nihil nisi quod illum terrere possit cōsideret. Pōnit namq; ante oculos suos, illinc iudicis seueritātē, integritatē, scientiam, potentia: hinc grauitatē culpæ, illiusq; meritū discutit: illinc acerbitatē pœnæ quæ illi paratur, si immerita dei pietas, quæ p̄sentibus lachrymis flecti cōsuevit, sententiā nō mutauerit. His pactis surgit aquilo frigidus v̄tus qui peccati malitiā designat, eo q; aquas gratiæ dissipare nouit: & fiat tunc auster, spiritus scilicet dei, & m̄erore mēs obnubilat, & fluūt aquæ lachrymarū largissimæ: & quasi concusso serena latitiæ aere, omnē in se tranquillitatē cordis, pœnitentiæ turbo deaestat. Sed hui⁹ tepestat cōsummationē facit de⁹, qui nō delectat in pditionib⁹ nostris: & post hāc pœnitentiæ tepestatē, tranquillū britudinis aternæ facit: nec parit p̄tōrē p̄ illis peccat⁹ alterā post se tolerare tepestatē.



## HOMILIA

Nec de illis peccatis vlla postmodũ futura est examinis inquisitio: nunq̃ illa ante tribunal iudicis tremendi adducẽt examinandã. Vnde Iob diei suo maledicens, ait. Peccat dies in qua natus sum: & nox in qua dictum est: conceptus est homo. Dies illa vertatur in tenebras: nõ requirat eum deus de super: & non illustretur lumine. Petiit diem suum a deo non requiri, nec illustrari lumine: vt autem hoc facilius impetrare valeat, optat diem in qua natus est perire: & noctẽ in qua dictum est, conceptus est homo. Videamus ergo quæ sit hæc dies & quæ nox: & quare homo in die nasci dicatur, & in nocte concipi. Sed ante omnia hoc admonere oportet, hominẽ hoc loco nõ dici secundũ naturam, iuxta quam hominis significatio nem, & iustus & peccator dicitur homo: sed hominẽ hoc loco appellari eum qui humane & secundũ carnis stimulu agitur & viuũ, quomodo appellauit propheta homines solos peccatores. Ego autẽ dixi (inquit ille) dii estis & filii excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini. Sicut homines dixit, pro eo qd̃ est, sicut peccatores. Et Paulus apostolus ait, Cum sit inter vos zelus &

psalm.  
lxxxj.

i. Co.  
iii. ij.

## QVARTA. Fo. xxxix

contento, nonne carnales estis, & secundũ hominẽ ambulatis: Hic homo in die nascitur & nocte concipitur: quia ppositum secreto fit, opus autẽ ipsum palam & publice. Tũc enim homo peccator concipitur, cum se male agere optat: tunc nascitur cum malã voluntatem ad opus perducit. Quia ergo ppositum peccati agnosci non potest, nec ab aliquo nisi a solo deo videri: ideo in nocte concipi dicitur. Nox enim obscura est & tenebrosa: ppter quod ea quæ in nocte aguntur secretiora sunt, & magis occulta, q̃ quæ in die. Opus autem exterius ab omnib⁹ videri potest: & ob hanc causam peccator in die nasci dicitur: quia quæ in die fiunt manifestiora sunt q̃ quæ nocte. Omne enim quod manifestat, in lumine manifestatur. Nox ergo in qua concipitur homo peccator, est mala peccati voluntas malumq; ppositum, per quod tũc homo incipit esse peccator: occultus tamen & ideo nocte conceptus. Dies in qua nascitur, est ipsa exterior peccati operatio, per quam peccatũ quod in vtero matris latebat, mundo conspicuum esse incipit. Huic ergo diei Iob maledixit, quia de peccato suo vindictam capere voluit: peccatũ



Gene.  
rij.

### HOMILIA

suum detestatus est: & zelo iustitiae illud puniuit. Nam maledictum hic: punitiōem secundum iustitiam significat. sicut ad Abraham dicitur. Maledicam maledicentibus tibi. Ac si diceret. Ego puniam eos, qui te in re aliqua laeserint. Iob ergo maledictio, est proprii peccati detestatio: iuxta quam ait. Pereat dies in qua natus sum: & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Quibus verbis hoc petit, ut peccati voluntas, simul cum malo opere pereat. Perit autem peccatum, cum per poenitentiam destruitur. Et quia peccatum quod per poenitentiam deletum est, nunquam postea ad supremi iudicis tribunal, examinandum deducitur, ideo subdidit. Non requirat eum deus desuper. Deus enim qui iustissimus iudex est, nunquam nostra opera requirit, nisi ut illa praemio afficiat aut poena. Malum ergo quod deus non requirit, suo iudicio non erit puniunt, quoniam si puniendum esset: prius in suo iudicio discutere. Et quia saepe contingit ut ea quae non requirimus, nostris oculis sese obiciant: quo fit ut etiam non requisita videantur, ideo addidit. Et non illustretur lumine. Ut videlicet innueret peccatum

### QUARTA. Fo. xl.

nostrum quod poenitentia deletum est, a deo videri non posse: quia quod lumine non illustratur, nequaquam videri potest. Beatus ergo ille vir, qui recte egit poenitentiam: quoniam illi dominus non imputabit in posterum peccatum. Nulla tunc illi pro peccato infligetur poena: non requiret illud in iudicio. Nullam pro commisso delicto patietur verecundiam: quoniam etsi eius crimen tunc omnibus publicetur, non tamen in dedecus & ignominiam, sed in gloriam cedit illi haec publicatio. Notum quidem erit omnibus, haud dubie, peccatum quod iustus quisque commisit: quoniam (ut ait Paulus) illuminabit tunc deus abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: hoc est virtutes & vitia. Nam per tenebras intellexit peccata quae animum obscurant. Per consilia cordium, virtutes & bona opera quae consilio disponuntur ut bene fiant. Manifestabitur autem iustorum delicta, quae olim commiserunt, ut diuina magis inde elucescat misericordia, qui peccantes non statim damnauit, sed ad poenitentiam expectauit, & praemio magno osteso allexit: & ut poenitentiam agerent adiuuit: poenitentes denique recepit.

j. 20.  
rim. iij



## HOMILIA

Quæ omnia non parū dīnīnam pietatē cōmendāt, & aliorum peccatorū duritiā & obstinationem cōfundunt & arguūt: eo q̄ hanc dei clemētiā in seipsis experiri noluerunt: qui si voluissent pœnitere, etiā suorum peccatorū remissionē fuissent assecuti, vt alii. Ad diuinā etiā iustitiæ cōmendationem opus est iustorū tunc peccata manifestari: quonīa sæpe contingit iustos p̄pter antiqua peccata puniri in hac vitā a deo tāq̄ a clementissimo p̄fe qui nult tam acriter filios suos flagellare, vt in aliam vitam illorum flagella differat. At multi qui hotū iustorum peccata vtpote occulta, non agnoscūt: & ideo iustam flagellorū causam ignorant: deū ipsum quodāmodo insistūt reum facere, tanq̄ iudicium illi & causā dictionē intēdentes. Quid ita iusto illi homini hoc? Cur ista nūc tam saua tempestas? Ob quā causam tam durum flagellū? Et quasi succēsent non esse dei consilia suis stultis opinionibus non accomodata. Postq̄ autem in iudicio iustorū peccata quæ olim cōmiserūt manifesta sient, tūc ii qui antea deum accusauerant, intelligēt omnes iustum supplicium & mitissimū iustis a deo fuisse iroga-

## QVARTA. Fo. xli.

tum. Verum etiā iustorū peccata de quibus pœnituerūt manifesta in iudicio sient. nūllam tamē inde cōfusionē, immo potius gloriam maximā haurient. Quæ admodū enīta qui ab hoste prostratus & ad terrā deiectus est, si postea tantū nitatur vt resurgens hostem a quo p̄stratus fuerat ipse prosterнат, magnā inde reportat laudem: ita qui in peccatū lapsus fuerat, si illius postmodū pœniteat, in magnam illi cedit gloriam. Magna certe gloria est, si cum ab hostib⁹ vulneratus & captus fueris, ab illis eripiaris, & illos grauit̄ percutias, & tandem in captiuitatem redigas eos ipsos qui te cœperāt. Idem in pœnitentib⁹ cōtingit: qui cum a dæmonibus vulnerati & captiui propter peccata tenerent: per pœnitentiæ virtutem laqueos diaboli euadunt, & eos ipsos dæmones capiunt: quod magna est pœnitētum gloria. Beatus ergo vir cui non imputauit dñs peccatum, Sed quare dixit beatus vir? Nunqd non etiā beata foemina cui nō imputauit domin⁹ peccatū? Nūquid non impetrabit foemina peccatorū suorum remissionē si illorū pœnituerit? Impetrabit quidē: sed cū pœnitentiā peccatorū egerit, iam nō foemina



## HOMILIA

ria: sed vir censebit: quoniam et si iuxta carnis  
sexum foemina sit, ex robore tamen animi &  
virtute vir dicitur. Magna enim virtus fuit de-  
bellare hostes, devincere peccata. Magnam  
atque fortissimum est omnes extraordinarios &  
vagos carnis appetitus freno rationis conti-  
nere, propriam voluntatem abscindere, quae dul-  
cia videbantur relinquere. Tanta fortitudine  
ad hoc peragendum est opus, ut sapiens di-  
cat. Melior est patiens viro forti: & qui do-  
minat animo suo, expugnatore urbium. Num  
quid non magnum fuit devincere omnes aeri-  
as potestates? Numquid non magnum debel-  
lare principes tenebrarum harum & rectores  
mundi? Reuera magnum: praesertim si confide-  
retur quod non sit potestas super terram, quae il-  
lorum potestati possit conferri. Sicut enim ma-  
sculus qui debiliter agit & infirmo, foemi-  
na propter huius sexus fragilitatem dicitur in  
sacra scriptura: ita contra quae viriliter agit  
et confortat cor suum, vir & non foemina iu-  
re appellari potest. Quisquis ergo suorum  
peccatorum poenituit, siue masculus ille sit si-  
ue foemina, beatus vir dicitur: quia sic  
viriliter agit, ut peccata a quibus captivus  
tenebatur omnino denicerit, illaque occiderit.

Puer.  
rvj.

## QVINTA. Fo. xlii.

Beatus ille quidem, quia nullam iam poenam  
iure timere potest: sed aeternam securus &  
certus expectare beatitudinem per merita Je-  
su christi filii dei: qui cum patre & spiritu sancto  
vivit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA QVINTA.

Neque est in spiritu eius dolus.



Nullum est opus ex omnibus  
quae deo offerri possunt, quod  
peccator deum contra se fra-  
trum placare valeat, & ad ma-  
sericordiam flectere: nisi ex inti-  
mis cordis penetralibus illud  
ortum fuerit. Neque elemosyna  
valet si illam sola manus obtulerit. Oronem  
deum non exaudit, si sola oraverit lingua. Ieiunium  
non est illi gratum cum sola corporis mem-  
bra ieiunant. Sola etiam vocalis peccatorum con-  
fessio non valet peccata delere, nisi peccator  
corde perinde ac lingua se peccasse fateatur.  
Nullum est sacrificium aut holocaustum quod  
deus delectetur & placabilis fiat, nisi spiri-  
tus contribulatus: cor contritum & humiliatum.  
Nam qui dixit se carnes taurorum & hircorum

ps. xlii



## HOMILIA

non manducare, neq; illa petere e manibus nostris: ille idem dixit. Fili prabe mihi cor tuum. Ob hanc causam, cum ppheta pronúciasset beatum virum esse poenitentē, eo q̄ illi domin⁹ peccatum non imputavit: ne hoc de qualicūq; poenitente quis dictū putaret, mōx de quo poenitente loquatur subiunxit dicens. Neq; est in spiritu eius dolus. Quibus verbis expressit, quis sit poenitens ille cui peccati remissione accepta, peccatū deinceps non imputatur: ille (inquit) in cuius spiritu non est dolus. Vel (vt alia translatio habet) in cuius ore non est dolus. Quæ duæ translationes in sensu minime differūt, quis aliud verba illarū sonare videant. Non enim fieri potest, vt quis linguā habeat dolosam, nisi etiam dolosum habeat spiritū. Neq; cōtra fieri etiam est possibile vt in spiritu alicuius sit dolus, quin (si tamē eum loqui contingat) sit etiam dolus in ore illius. Nam ille habet dolum in ore & in spiritu, qui aliud loquitur & aliud facere proponit: Qui dicit se relicturū pristinam vitā suam malam quæ ducit ad mortē, & ingressurū viam rectam quæ ducit ad vitam: nec tamē vt ore pmittit se facere intēdit: nōne in ore

## QVINTA. Fo. xliii.

istius est dolus: Qui ex oculis suis lachrymas propter cōmissa scelera vix vi impetratas demittit, & corde lata: hic oculos habet dolosos: quoniā tristitiam cordis testatur, cū tamē cor illam nō habeat. Qui ore se peccasse fatetur, nec tamen peccatū relinquit, hic spiritū habet dolosum: quoniā si vere peccatū agnosceret, statim illud derelinqueret. Qui ergo in peccato perseverat cōuincitur non plene peccatū suum agnosceret, quis se cognoscere dicat. Et hic talis, duplex animo in scriptura appellatur: quoniā vnus est animus latens, alter quem verba foris ostēdit. Propter quod in alio quodam psalmo propheta ait. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Dicens in corde & corde, duplex cor significauit. Qui autē sic duplex est corde, grauissime peccat: tantum abest vt cōfessio peccatorū, quæ duplici animo fit, veniam peccatorū impetrare valeat. Nam qui sic duplex est animo, mendax esse conuincit: mendaciū autem nullus dubitat esse peccatū. Deinde qui duplex est corde, proximū cui loquit, & cum quo cōuersatur decipere optat. At, ille qui pximū decipit nisi resipiscat, non potest ppetuam

ps. xij.



## HOMILIA

assequi beatitudinē. Nam cum ppheta percontaret dominū quis habitaret in tabernaculo eius, aut quis regeretur in monte sancto illius: respōsum accepit sic inquis. Qui loquitur veritatē in corde suo, qui nō egit dolum in lingua sua. Et post pauca ait. Qui iurat proximo suo, & nō decipit. Ex quibus colligimus, eum qui agit dolum in lingua sua, aut proximi suum decipit, in monte dei sancto, æterna scilicet beatitudine, requiescere non posse. At, nullus nisi peccator arcetur ab illo sancto dei monte. Peccatorem ergo oportet esse illum qui dolum agit in lingua sua, & proximum suum decipit. Nec leue putādum est hoc peccatū, sed grauissimū: vrpote quod omnē humanum tollit cōuetum. Si veritas in ore nō est: nullus alteri credet. Si credulitas abest & cōfidentia, aberit etiam omnis humana conuersatio. Quis volet audire illum de quo dubitat, vera an falsa referat? Quis fidet dictis illius qui nunq̄ facta dictis compensare nouit? Quis paciscetur cum illo quem scit nō seruaturū pactum? Fide abrogata, perit omnis cōuictus: perit omnis ciuilitas: immo ipsam totam ciuitatē perire necesse est: cum

## QVINTA.

Fo. xliiij.

tam nihil super sit quod illam animorū vnitatem quæ ad veram ciuitatē exigitur conseruare valeat. Cum terra esset vnius labii, & eundem sermonem haberent omnes homines, cœperunt ædificare turrim Babel: Vt autem deus eorum linguam confudit, statim cessatum est ab opere: nec amplius ædificare potuerunt. Quomodo potuissent ædificare, si alius alium in opere adiuuare non poterat? Quomodo potuissent se inuicem adiuuare, si vnus alium non intelligebat? Non est possibile, vt vnus alteri ministret, præbens illi quod petit, nisi illum iubentem intelligat. Nam alias contingere necesse est, vt sæpe lapidem pro calce, lignum pro clauis offerat. Quo rerum gerendarū ordine, ædificiū male profecisset. Sic etiam eueniet inter eos qui duplici sunt animo: quoniam nullus alium intelliget: eo q̄ eorum quilibet linguā habet specialem, quam alius intelligere nō potest. Si quod ore affirmas, hoc maxime corde negas: si quod ore phas hoc mente damnas, nullus tuam linguā cognoscere poterit. Si cū vehementer lætat cor tuū, tristissimaslachrymas ex oculis tuis demittis: aut cū tri-

Gene.  
11.



## HOMILIA

stis est anima tua, hilarem vultum ostēdis: aut si hosti vultum p̄tendis amicū: vel amicum tractas vt hostem, quis te intelliget?

Vel duo, vel nemo: Nemo hercule nemo.

Deinde si quis te non agnoscit amicū, quo pacto veniet illi in mētem vt tibi vicem reddat: aut saltem gratias agat? Si tu etiam hostem tuum putares amicū, quo pacto te obseruabis ab illo? vix certe fieri potest vt ei⁹

manus effugias. Propter quod ppheta hoc agnoscens, in alio quodam psalmo diuinū implorabat auxiliū: vt ab huiusmodi hominibus liberaret, sic inquit. Saluum me fac

ps. xi.

domine quoniā defecit sanctus: qm̄ diminuta sunt veritates a filiis hominū. Vana vel

(vt alia trālatio habet) mendacium locuti sunt: vnusquisq; ad proximū suum: labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Ideo se a

deo saluari petit, quia non putat se liberari posse ab hominib⁹ qui mendaciū loquūtur ad proximū suū: & qui labia dolosa in corde & corde loquūtur: qui aliud ore pferūt,

& aliud corde retinent. Propter quod p̄nam quæ huiusmodi hominib⁹ paratur, ppheta subiūxit, dicens. Disperdat domin⁹

yniuerſa labia dolosa. Quæ verba non sunt

## QVINTA.

Fo. xlv.

imprecātis, aut maledicentis, aut vltionem optantis: cum non sit mos sanctorū maledicere, sed verba sunt hominis diuinā sententiam pphético spiritu p̄nunciantis, in eum qui dolose agit cum pximo suo. Quantum

deus hoc peccatū odiat, in alio quodā psalmo ppheta testatur, dicens. Virum sanguinum & dolosum abominabit domin⁹. Vide quā malum sit esse dolosum: q; virum dolosum cū viro sanguinū coniunxit: & æqua illum lance pensauit. Et merito, qm̄ (vt de illo ait Esaias) ipse enim cogitationes cōcē-

ps. v.

nauit ad pdendos mites in sermone mendacii. Et Hieremias ait, In ore suo pacē cum

animo suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Propter quod recte Eliu apud Iob ait. Simulatores & callidi puocant iram dei. Sicut

Esai.

xxxij

Hieremias

it.

tam graue est peccatū velle decipere proximum suū, quātum putas erit peccatū velle fallere deum! At, qui peccata sua sacerdoti, qui loco dei sedet, narrat & se coram illo ac

Iob.

xxxvj.

cusat, & se illorum p̄nitere ait, cum tamē vere non doleat, nonne ille deū tentat? Nōne ille vana & mendaciū loquitur ad deum suum? Nōne labia dolosa in corde & corde locutus est? Nōne ille talis pacem cum deo



## HOMILIA

loquitur, & occulte bellum aduersus eum tractat: Hunc igitur talem disperdet dominus, tantum abest, ut gratum illi sit. Nam ficta & simulata peccatorum confessio, non solum peccata non delet, sed auget: quoniam qui simulate peccatum suum coram sacerdote confitetur, dolum habet in spiritu & in ore suo. Tales autem sunt heu nimium multi: qui ob solam temporis consuetudinem ad sacerdotis pedes accedunt: absque ulla peccatorum investigatione, sine ulla illorum cognitione: absque ullo profuso dolore, absque ullo etiam vite in melius commutandae proposito: sed solum confitentur quia alios hoc facere videt: quod nisi fecerint pro se sibi futurum timent. Hae autem non est vera poenitentia. nec vera peccati confessio: quoniam qui vere poenitet & vere confitetur peccatum suum propter admissum scelus plangit & dolet, & plangenda se iterum non committere firmiter statuit. Quae si horum alterum desit, vera non erit confessio: quoniam quis enim ore se peccasse fateatur, talis tamen confessio peccatum omnino delere non sufficiet. Si quis enim arborum quae altis radicibus terrae insigunt a terra euellere tenet, nisi quod id absque terrae ruptura & effossione effice

Si.

## QVINTA. Fo. xlvj.

re poterit. Sic etiam qui peccatum quod fixas habet in corde suo radices, a corde suo per confessionem euellere cupit, oportet ut cor suum per contritionem & dolorem scindat: quemadmodum Iohel propheta hortatur dicens, Scindite corda vestra & non vestimenta vestra. Qui putat sola vocali confessione absque ullo cordis dolore peccatum suum delere, fallitur non aliter quam qui crederet sine ulla terrae ruptione arborum a terra euellere. Vera ergo confessio quae peccatum expiare debet, exigit aliquem cordis pro peccato dolorem. Non tamen oportet dolorem talem esse vehementem, aut nimis amarum: quoniam etsi talis dolor sit necessarius ut quis veniam peccati ante confessionem impetare valeat: tamen adiuncta confessione quicumque dolor qualibet paruus, (modo cetera quae ad rectum dolorem exigunt adsint) erit satis ad peccati indulgentiam obtinendam. Tunc enim sacerdotis absolutio quae magnam ex meritis passionis christi (ut cetera sacramenta) habet virtutem: supplet id quod deerat ex dolore cordis necessario ad peccatorum indulgentiam. Si vero omnino absit peccati dolor, aut bonum ille non sit, confessio peccati non valet peccatorum remissionem impetrare: quia no

Joel. ij

aduersus



## HOMILIA

Suam vitam inchoare non potest, qui veteris vitæ non poenitet. Ad eundem enim modum se debet peccator ad peccatorum suorum confessionem disponere quemadmodum infirmus se preparat ad suscipiendum pharmacum: ut illud putridos & malos corporis humores valeat expellere. Hic enim prius sirupos bibit qui malos & induratos humores emolliat: & ab aliis corporis membris ad stomachum trahant. Humoribus igitur sic paratis pharmacum suscipit cuius virtute humores corrupti a corpore eiciuntur. Quid est confessio nisi spirituale quoddam pharmacum? Eiciunt enim confessio ab anima peccata, sicut pharmacum putridos a corpore expellit humores. Ut ergo hæc plene suum valeat exequi officium: summe necessarium est, cor prius preparari per peccatorum omnium recogitationem & illorum omnium aliquantum dolorem. Nam peccatorum recogitatio quasi humores ad stomachum trahit, cum peccata ad memoriam reducit. Peccatorum autem vel minimus dolor, humores ipsos emollit. Si his omnibus prius, ut decet, pactis, integra peccatorum confessio succedat, omnium peccatorum remissionem impetrare valebit, & in pristinam

## QVINTA. Fo. xlvii.

incolumitatem peccatoris animam restituere. At, si nulla præcedat peccatorum recogitatio. aut nullus illorum dolor: sola vocalis confessio non valebit culpas ab anima expellere: sicut nec pharmacum putridos omnes & obduratos corporis humores poterit nulla præeunte dispositione a corpore eicere. Propter quod propheta in alio quodam psalmo ait. Iniquitatem meam ego pronuntiabo, & cogitabo pro peccato meo. Dicens, iniquitatem meam ego pronuntiabo: ostendit pharmacum. Sirupum vero declaravit cum dixit: cogitabo pro peccato meo. Quid autem pro peccato suo cogitet, alibi expressit, dicens. Cogitavi vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Ad hoc igitur cogitatur ut pro illis doleat: ut sic ad dominum conuertatur. Necessarium est ergo ut veram confessionem præcedat cordis contritio. Propter quod Iob ait. Loquar in tribulatione spiritus mei. Et iterum. Loquar in amaritudine animæ meæ. In amaritudine animæ, & tribulatione spiritus loquitur, qui peccata sua ex contritione cordis confitetur. Tribulatio quippe spiritus linguam commouet, ut reatum prauis operis vox confessionis accuset. Sola ergo voca-

psalm.  
xxxvii.

psalm.  
cxvii.

Job.  
vii.  
Ibi. r.



## HOMELIA

lis peccatorū cōfessio quam nullus comitat̄  
dolor, inutilis prorsus censetur. Et merito:  
qm̄ (vt ait sapiens) A mortuo velut qui nō  
est perit cōfessio. At peccator omnis velut  
mortuus iudicatur, cum sit elōgatus a deo  
qui vita est animæ nostræ. Nam benign⁹ il-  
le pater qui pdigum filium ad illum reuer-  
tentē suscepit: ad frugi filiū de illo loquēs,  
ait. Mortuus erat & reuixit. Quo verborū  
schemate significatū est, pctōrē qui a deo  
vero omniū patre per peccatū elōgat̄, mor-  
tuum esse. Ab illo ergo cui præterita nō dis-  
plicēt peccata, tanq̄ a mortuo qui iam non  
est, perit cōfessio. Perit, inq̄, quia inutilis  
prorsus iudicat̄. Neq; enim peccata delet:  
neq; præcepto dei p̄cipientis omnia pecca-  
ta confiteri satisfacit. Quoniā si talis celat  
cōfessori suā impc̄nitentiā & malum p̄posi-  
tum, quo apud se statuit perseverare in pec-  
cato, quis non videt illum non plene fuisse  
cōfessum. Si vero se minime dolere fateē, &  
se etiam nolle abstinerē dicit, null⁹ illum sa-  
cerdos absoluet. Et si quis suæ salutis imme-  
mor & alienæ, illum absoluerē tentaret, ab-  
solutionis verba p̄ferens, illa verborū pro-  
latio inanis prorsus censebit̄: cum illam nul-

Eccl.  
xviij.

Luce.  
xv.

## QVINTA. Fo. xlviii.

la sequatur peccati remissio. At sola pecca-  
torū coram sacerdote p̄nunciatio, quam  
non comitatur digna & iusta absolutio a sa-  
cerdote prolata, vera & integra confessio  
minime iudicatur. Quo fit, vt is qui sine vl-  
la p̄nitentia sua peccata sacerdoti in au-  
rem dixit teneatur, ac si illa nunquā fuisset  
confessus iterum illa confiteri: nisi forte ad  
eūdem sacerdotem rediret, qui bene præte-  
ritorū meminisset. Tūc enim sat esset suam  
impc̄nitentiā fateri: quam si olim dixerat  
sacerdoti, nihil opus est repetere: sed nouū  
& bonum quod deo inspirante cōcepit do-  
lorē & p̄positum sacerdoti dicat: & de om-  
nibus olim confessis generali quadam voce  
se in vniuersum accuset. Et sic veram abso-  
lutionem a sacerdote suscipiat. Quod si il-  
lum minime p̄nitentem, alias sacerdos ab-  
soluerat: dolere illum oportet & confiteri  
q̄ sacerdotis absolutionem nullatenus do-  
lens, susceperit. Verum si non ad eundē sa-  
cerdotē sed ad alium diuertere cōtingeret:  
aut ille præteritorū inamemor existeret: om-  
nia peccata ab vsq; primo repetere erit ne-  
cesse. Necesse, inquam, propter diuinū im-  
perium, quo quisque sua peccata confiteri



### HOMILIA

**E** sacerdoti adstringitur. An autem per talem confessionem impleat præceptum ecclesie præcipientis omnia peccata semel in anno confiteri, alii aliter sentiunt. Mihi vero magis ea probatur sententia, quæ ait, neminem per talem confessionem ab illo ecclesie præcepto liberari: sed teneri illum illa confiteri ut præceptum ecclesie impleat: quod nisi fecerit illum noui peccati reum esse docet. **Verum** hic peccatores omnes admonere decreui, ne hac occasione a peccatorum suorum confessione abstinere etiam si nullum propter olim commissæ scelera habeant dolorem, neque ab illis abstinere proponat: quoniam (ut saluator ait) duodecim horæ sunt in die. Domini enim arbitrium verribile est: quo fit: ut quod nunc peccatori placet, illi postmodum ad pedes sacerdotis prostrato possit displicere: & sententiam suam quam pro futura vita decreuerat, mutare. Potest etiam fieri ut sacerdotis persuasiones peccatorem illum deo tamen iuuante qui nunquam non adiuuat a malo proposito auocent: & ad melioris vite decretum transferant. Et si hæc omnia defuerint: deus qui nulla temporis mora indiget, ut cor hominis possit ad se conuertere: forte illum peccatorem

Joã. xj

### QVINTA. Fo. xlix.

quolibet obstinatum & obduratum inter ipsam peccatorum confessionem mollem efficiet: ut postea cum sancto Iob dicere possit. Deus mollit cor meum: & omnipotens conturbauit me. Et si nullum horum (quod deus auertat) contingat. & sibi ob doloris, aut boni in posterum propositi defectum negetur absolutio: forte ob negatam a sacerdote absolutioem verecundiam talem patietur: ut illa sola stimulet, & deo iuuante, qui semper occasiones captat, quibus melius iuuare possit, peccator resipiscat. Nam experientia docete cognouimus multis ad resipiscentiam profuisse: negatam absolutioem. Qui ergo absolutioem sibi non negari optat, & datam ad salutem operari, consulat sibi, ut prius vitam suam in melius mutare firmissime statuatur: & de malis operibus, prout potuerit doleat: ne si absque dolore, & vite melioris proposito fuerit confessus augeat peccatum quod per confessionem delere sperabat: quoniam ille in cuius ore aut spiritu est dolus: cum non vere poeniteat, nec remissionem potest impetrare peccati. Propter hoc David qui gemitus & lachrymas & alias afflictiones coram deo obtulerat: ut per illa deum placare possiet dice

Job. xxij.



## HOMILIA

psalmi. bat. Tota die contristatus ingrediebar. De  
xxxviii cens: tota die, cōtinuationē doloris expres-  
sit: vt nec noctibus nec diebus cessaret a la-  
chrymīs. Verum ne leuis dolor putaretur,  
acerbitatē illius expressit, dicens. Afflictus  
sum & hūiliatus sum nimis. Sed ne afflictio-  
nem illam & humiliatiōem vt dolosam, &  
quæ solo corporis vultu consisteret deus re-  
sistere posset & contēneret, subdidit. Rugie-  
bam a gemitu cordis mei. Non vt a multis  
pber, solis oculis gemo. Non solo ore me-  
peccasse fateor: sed corde ipso desleo: & clau-  
sis oculis tibi soli, qui sol<sup>9</sup> secreta cordis no-  
sti mecum ipse lugens meos gemitus osten-  
do. Nō enim ego tecum multis verbis age-  
re volo: nec opus est vocem in altū cum cla-  
more valido attollere: nec longa, sed alta ti-  
bi offero suspiria ex ipsis cordis imis pene-  
tralibus pdeuntia. A gemitu cordis potius  
ego rugio q̄ a gemitu oris. Cum se rugire  
dixit, vim doloris expressit: quoniā rugire  
pprium est belluarū quæ suorū affectuum  
vehementiā, rugientes exprimunt. Ideo di-  
xit. Rugiebā a gemitu cordis mei. Sed vnde  
hoc scire poterim<sup>9</sup> te non dolose sed ve-  
re gemere? Respondit. Domine ante te om-

## QVINTA.

Fo. l.

ne desiderium meum, & gemitus meus a te  
non est absconditus. Non pduco homines  
in testes quoniā illi solum vident ea quæ fo-  
ris patent: te solum offero in testem qui in-  
tueris cor, & abditissimos cordis recessus  
scrutaris. Nam ante te omne desiderium  
meum: & gemitus meus a te non est absco-  
ditus. Et talis gemitus qui ex corde proce-  
dit, ad tribunal Christi citissime peruenit:  
cui adueniēti omnis illi patet ianua: nullus  
est qui illum prohibere valeat: quo cum per-  
uenerit, absq; vlla mora quod petit impe-  
trat: quia nō solis labiis sed corde petit. De<sup>9</sup>  
autem magis cor q̄ labia attendit. Hoc faci-  
le comprobatur testimonio pharisæi & publi-  
cani: quorū vnus videlicet pharisæus solis  
labiis orabat, sua merita si quæ præcesserāt  
iactabat: vt magis videri q̄ iustus esse posse-  
ret. In huius spiritu dolus fuit: quia ea quæ  
clamare dehuerat, tacuit: & quæ silere me-  
lius fuisset, clamauit. In ore autem publica-  
ni non fuit dolus: quia non solis labiis ora-  
bat, sed corde. Nam cor linguæ in oratio-  
ne consentiebat: propter quod a longe stræ-  
bat, neq; oculos ad coelum audebat levare,  
sed suam miseriam & peccatum agnoscēs,



### HOMILIA

dicebat. Deus propitius esto mihi peccatori. Et sic orans exauditus est, & descendit in domum suam iustificatus. Quare iustificatus? Quia non fuit in ore aut spiritu eius dolus. Ideo in alio quodam psalmo propheta deum oras, ait. Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis. Ut deum ad exauditionem alliceret, orationem dixit esse in corde & non in labiis dolosis. Quoniam illa quae ex solis labiis pendet, cum sit dolosa, deo grata esse non potest. Quia igitur id quod dolo factum est, deo gratum esse non potest: ideo Petrus in sua prima canonica nos omnes hortatur dicens. Deponentes omnem malitiam & omnem dolum & simulationes, & inuidias, & detractiones, sicut modo geniti infantes: rationabiles sine dolo lac concupiscite: hoc est, in simplicitate & sinceritate christianae innocentiae ambulate. Quoniam (ut ait Iob) deus non precietur simplicem. Nos ergo si deum placare volumus: praecipue faciem eius in confessione tali, quae non in solis labiis sit, ut non inueniat dolus in ore aut spiritu nostro. Confiteamur peccata nostra corde simul & ore. Ploremus pro peccatis nostris, non solis oculis corporis: sed ad exemplum

ps. xvi

1. de. vi.

Job. viij.

### SEXTA.

Fo. li.

pheta rugiamus a gemitu cordis nostri: ut sic poenitentiam sine dolo facientes, peccati remissionem impetrare valeamus, & tandem gloriam assequi sempiternam. Per merita Iesu Christi domini nostri, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA SEXTA.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea.



Vt usque poenitentiam ab utilitate laudauit propheta, dicens omnes iniquitates quolibet graues illius meritis remitti: per illam omnia peccata tegimus, nunc esse peccatum quod illa intercedere possit imputari. Nunc eiusdem poenitentiae laudes persequens illam a necessitate laudat, sic inquit. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea. Quibus uerbis confessionis necessitate apertissime ostendit: quoniam ob id quod peccatum suum tacuit, & illud non fuit confessus, dicit omnes suas virtutes peritisse, alioquin non periturae, si ut peccauit sta-

laudes poenitentiae  
Anere sibi  
te confessio  
omne.



### HOMILIA

tim peccatū suū agnouisset, & illud fuisset  
vel corā deo cōfessus. Nomie siquidē ossiū  
in scriptura sacra fortia facta & virtutes sa-  
pe intelligūt. Et merito: qm̄ sicut caro mol-  
lis est & debilis, ita ossa dura sunt & fortia:  
qua ppter illā fragilitas & vitii multo-  
ties designat: p hęc autē fortitudo & virt<sup>9</sup>  
Nam de sanctis ppheta loquēs ait, Dñs cus-  
todiet om̄ia ossa eorū, vnum ex his non cō-  
teret. Qd̄ de ossib<sup>9</sup> corporis intelligi min-  
ime potest: cum multorū martyriū ossa cōfra-  
cta fuisse certo sciamus. Nam (vt de aliis in-  
terim taceam) illud est manifestū, quod de  
sancto illo olim latrone simul cum Christo  
crucifixo euāgelica narrat historia. Sic enī  
de duob<sup>9</sup> latronib<sup>9</sup> loquēs ait. Venerūt er-  
go milites: & primū quidē fregerunt crura,  
& alterius qui crucifixus est cum illo. Dñs  
ergo omnia sanctorum ossa sic custodit, vt  
vnum ex eis non cōteratur: quia sanctorū  
virtutes & fortia facta sic de<sup>9</sup> ad remunera-  
tionē seruat, vt nullū illorū sine p̄mio p̄-  
terire velit. Tunc enim virt<sup>9</sup> aut opus aliqd̄  
bonum cōterit: qm̄ ppter peccata qua post  
ea succedere cōtingit, digno p̄mio frau-  
datur. Nullum est igit̄ ex sanctorū ossib<sup>9</sup>,

### SEXTA.

Fo. lli.

quod dño custodiente conteras: quia nullū  
est illoꝝ p̄clarū opus, qd̄ deus magno p̄-  
mio nō afficiat. Hęc sunt ossa illa de quib<sup>9</sup>  
in alio psalmo ppheta loquit<sup>9</sup> ait. Om̄ia of-  
sa mea dicent: dñe quis similis tibi. Quibus  
verbis significauit virtutes suas diuinis nō  
posse virtutib<sup>9</sup> vel ex longinquo cōparari:  
ita vt quis aliquas virtutes & p̄clara aliqua  
(deo tamē iuuante) a se gesta cognoscat, illa  
tamē ad dei bonitatē & illius clarissima opa  
relata, nullius p̄fus esse virtutis aptissime  
fateat. Hęc ossa inueterascunt, cū virtutes  
sic infirmant & debilitantur, vt parum absit  
quin om̄ino pereāt: qm̄ (vt ait Paul<sup>9</sup>) quod  
antiquat & senescit prope interitū est. At  
post peccatū (nisi peccati accesserit confes-  
sio) omnes animæ vires, om̄iaq; illius bona  
minuūtur. Nam intellectus hallucinat: me-  
moria nō tenet: affect<sup>9</sup> friget: irascibilis au-  
daciā amittit: cōcupiscibilis effrenata quo-  
cunq; libuerit pergīt. Bona etiā si qua p̄ces  
ferant sopita sunt, non profus mortua: vir-  
tutes aliæ, hoc est, habitus vrgētes animū,  
& impellētes ad bonū remissiores fiunt, &  
vim suam amittūt: qm̄ non tam vehemēter  
animū ad opus impellunt vt ante peccatū:

g llii

psalm.  
xxxij.

2o. pte

Hebr.  
vij.



### HOMILIA

nec tam viriliter & fortiter vitis contrariis obstant. Quo fit, vt nisi aliis medicamentis foueant, cito consumi sit necesse. Nō enim statim post peccatū hæc omnia peresit, sed minuunt: eoq; magis minuitur (de iis quæ naturæ adiacēt loquor, nō de illis quæ sunt naturæ insita) quo magis peccati poenitentia differit: quæ si multū differatur peribit omnino. Dauid postq̄ adulteriū & homicidium ppetrauit, non statim illud confessus est: sed tacuit & celauit illud in corde suo ferme per annū, & forte eo amplius, quousq; scilicet per pphetam Nathā fuit de illo peccato reprehensus: quo tempore puer qui ex adulterio cōceptus fuerat, erat natus. Post q̄ tamen (deo inspirate) peccatū agnouit & cōfessus est, tunc agnoscere cœpit, quæ & quot mala ex dilatione poenitentia sibi ob uenerint. Ante siquidem cum recētia erant peccatorū vulnera, ppter ardētem peccati amorē illa non sentiebat: postq̄ vero peccati remissione per poenitētiā accepta, malus peccati amor refriguit, tunc mala quæ antea patiebat sensit, & ideo ait, Qm̄ tacui inueterauerunt ossa mea. Ac si aperte diceret: Quia non ptuli cōfessionem ad salutē,

### SEXTA.

Fo. liij.

ideo omnis fortitudo mea in carnis infirmitate cōsenuit. Quia peccatū meum celauit, omnes anime meæ vires sic imminutæ sunt, vt per illas nec vitis resistere, nec animā ad imā vitiorum ruentem valeam sustentare. Quia vulnera peccatorū meorū medico nō ostendi, non fui sanatus, eoq; periculosior morbus fuit, quo vetustior. Nam qui vuln⁹ suum celat, latius illud grassari pmittit: qm̄ cum celatū fuerit putrescit, & reliquā partem sanā putrescere facit. Nunq̄ enim medicus vulneri pbe mederi poterit, nisi pri⁹ illi vulnus suum infirm⁹ detexerit. Sic etiā peccatū, quoniā vulnus est animæ nisi fuerit sacerdoti per cōfessionem reuelatū, nūq̄ erit a deo remissum. Manifestādum est ergo vulnus peccati, alioqui sanari non poterit, sed quo magis illud celatū fuerit, plus animū cruciabit. Nam vuln⁹ clausum vehementer carnem cruciat, sed cum apertū fuerit putredo quæ intus feruebat eicitur, & tunc putredine abiecta, omnis prorsus tollitur dolor. Sic etiam cum vulnus peccati silentio claudit, acerbe nimis animū torquet: si vero illud per confessionē aperuerit, iam amplius torquere nō poterit. Aperiat ergo



## HOMILIA

peccator vulnus peccati, si conscientiae tor-  
turam euadere optat. Ostendat vuln<sup>9</sup> suum  
medico, si in pristinam incolumitatē cupit  
restitui: quoniam si medicus vulnus nō agno-  
scit, nunq̄ illi aptam medicinam adhibebit.  
Si medicina morbo negatur, nunq̄ ad sani-  
tatem poterit infirmus peruenire. Propter

Esa. i.

quod de peccato iudeorū nunq̄ sanato Esa-  
ias loquens ait. Vulnus & liuor & plaga tu-  
mens, non est circumligata, neq̄ curata me-  
dicamine, neq̄ fota oleo. Prius morborū va-  
rietatem descripsit dicens. Vulnus & liuor  
& plaga tumens. Deinde agrotorū despera-  
tionem subiūgit, cum remedia esse morbis  
negata dicit. Non est, inquit, circumligata,  
nec curata medicamine, neq̄ fota oleo. Per

Ri-  
chard?

tria illa, vuln<sup>9</sup> scilicet liuorem & plagam tu-  
mentē (sicut quidam sanctorū ait) tria gene-  
ra peccatorū intelligūtur. Per vulnus intel-  
ligi potest peccatū, quod ab infirmitate or-  
tum habuit: per liuorem, illud quod comit-  
titur per ignorantia: per plagam tumentē,  
illud quod per solam malitiam cōsumatur.  
Sed his malis tria inuuit esse remedia, vide-  
licet ligatura, medicamentū, & fomentum  
olei. Ligatura fit per sacerdotis absolutio-  
nem: quoniam (vt ille magn<sup>9</sup> Dugo sancti vi-

## SEXTA.

Fo. liiif.

toris docet) sacerdos poenitentē a peccato  
soluens, ligat eum vinculo perpetuae dete-  
stationis: quia quoties se male egisse memi-  
nit, peccati malitiam ppendens, toties ad il-  
lius poenitentia obligatur. Vel per ligaturā  
potest intelligi illa peccati satisfactio quam  
sacerdos poenitentē in peccati aliquale com-  
pensationē iniungit. Per medicamina quae  
dolorem inferre cōsueuerunt & mordere,  
si cōtritionem peccati intellexeris, non ab-  
surde feceris. Possunt etiam non incōgrue  
intelligi diuinā cōminationes de extremo  
iudicio & aeterna damnatiōe: qualis est illa:  
Ite maledicti in ignē aeternū qui praeparat-  
us est diabolo & angelis eius. Hoc medica-  
mentū potentissimū est. Hoc vnguentū ad  
hmoi morborū medelā, est praeter ceteris om-  
nib<sup>9</sup> efficacissimū. Hoc em̄ iueterat| vitioꝝ  
morbis p̄sentissime mederi solet, & agros  
pene desperatos in plenā sanitatē restituere  
Vix enī erit homo tam obduratae & insen-  
satae mētis, qui si bene tormēta illa aeterna  
quae finē nō habent quā sint imania & atro-  
cia pp̄derit, nō expauescat & oīno abhor-  
reat. trāsitoria carnis blādimēta illis tormē-  
tis aeternis mercari. Haec est enī illa curatio  
de qua sapiēs ait. Curatio cessare facit peccā r.

Mat.  
xxv.

Eccl̄s.



## HOMILIA

maxima. Sed quia uigentū hoc acerbū est nimis multūq; mordax, ideo olei fomentū adhibere oportet, ut medicaminis dolore lenire valeat. Oleum hoc diuina est promissio qua peccatori dignam poenitentia agentī, & peccati remissionē & aeternam deus promittit gloriam, dicens. In quacūq; hora peccator ingemuerit, amplius iniquitatū eius non recordabor. Et rursus. Agite poenitentiam, appropinquabit regnum celorum. Hoc oleum quālibet doloris acerbiter lenire sufficit, si consideret & bene perspiciat peccator, q̄ momentaneum hoc & leue tribulationis pondus, supra modum aeternū gloriae pondus operatur in nobis. Ecce remedia quae peccatorū vulnerib⁹ mederi valent: quae si modo congruo adhibere voluerint peccatores, haud dubie, plenam statim reperabūt sanitatem. Sed si huiusmodi medicina adhibere neglexerint, non mirū si in sanitatem nunq̄ restituant. Plenā igitur causam Esaias aperuit quare Iudaeorū peccata non fuerint sanata: quia non fuerint ligata, nec curata medicamine neq; fota oleo. Diuina siquidem acerbissimae cōminationes, aut dulcissimae pmissiōes illos ad peccatorū

Ezech.  
viii.

Mat.  
iii.

## SEXTA.

Fo. ly.

suorum veram confessionē nunq̄ perduxerunt. Sic etiam Dauid peccatorū vulnerib⁹ sauciatus, qm̄ peccata sua in corde celauit, nec medico per confessionē ostendit, ad sanitatē tunc non puenit, ideo ait. Qm̄ tacui inueterauerūt ossa mea. Sed nunquid talis tunc auricularis peccatorū confessio exigebatur qualis nunc exigitur? Minime. Quare ergo ait, Quoniā tacui inueterauerūt ossa mea: Erant tunc necessariae quaedam pro peccatis victimae in lege madatae: quas Dauid ut peccatū suum celaret, omiserat, ideo ait. Quoniā tacui inueterauerūt ossa mea. Possumus etiam confessionis necessitatem aliunde cōvincere, iuxta aliam confessionis similitudinē euāgelicā doctrinae ppriorem. Sacerdos enim qui poenitentē audit, iudex est qui illum soluere aut ligare potest. Nam his potestatem ligandi & soluendi tradidit Christus dicens. Quorū remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt. Ex quib⁹ verbis apertissime colligitur necessariā esse sacerdotis absolutio-nem, ad peccati remissionem obtinendam. Quoniā nullus sacerdos sicut nullus ali⁹ iudex potest ligare aut soluere nisi causam ple

Joā. xx



## HOMILIA

Pner.  
Fij.

ne intellexerit: qm̄ (vt ait sapiens) qui loquitur quæ nouit, iudex iustitiæ est. Causam nõ potest sacerdos agnoscere p̄sertim cum peccata sunt occulta, nisi illam peccator sacerdoti cognitam faciat, illi manifestans. Oportet ergo peccatorẽ sua peccata sacerdoti per cõfessionem narrare, vt illorũ absolutionẽ & remissionem assequi valeat. Si enim peccator illa non reuelauerit sacerdoti, ille de iis quæ non nouit sententiã remissionis dicere non poterit. Si ille non remittit, remissa nõ erunt. Nam Christus dixit. Quorũ retinueritis retenta sunt. Quid est retinere nisi non remittere: Peccata ergo q̄ a sacerdotib⁹ non remittunt, illa non sunt plene remissa: qm̄ etsi cõtritiõ adsit quæ ad peccati deletionẽ valeat, nõq̄ tamẽ ab obligatione cõfessionis peccatorẽ liberabit. Et ob hanc causam peccatũ adhuc a sacerdote retinetur quousq̄ peccator sub obligatiõne cõfessionis illi faciendã, manet. Hæc igitur Christi verba quæ nunc p̄xime ex Ioãne citauim⁹ si diligẽter (vt decet) cõsiderent, aptissime docent cõfessionẽ esse a deo institutam: imo & p̄ceptam. Ex quib⁹ colligimus misere in hac parte glosatorẽ decretorũ ex-

## SEXTA: Fo. lvi.

raße: qui in p̄icipio distinctiõis quintæ de p̄nitentiã, censet cõfessionẽ non a deo sed ab ecclesia institutã. Sed de hac re in eo ope quod aduersus om̄es b̄ereses & didim⁹ longius disputauim⁹. Hinc est q̄ Christ⁹ Lazarũ resuscitatur⁹, ait illi. Lazare veni foras. Nõ dixit reuiuiscere, sed dixit. veni foras. vt his verbis inueret pctõrem qui per peccatũ mortu⁹ est, debere per cõfessionẽ peccati foras p̄d̄ire, si ad gr̄am quæ vita est animæ resurgere debet. Quia enim intra cõsciẽtiã suã, illi⁹ nequitia latebat, vt foras exeat per cõfessionẽ. dicit illi. veni foras. Vt autẽ clari⁹ intelligas sub illi⁹ literã cortice hoc latere mysteriũ, cõsidera q̄ non statim postq̄ exiit foras expeditus ambulauit, & reliqua viuẽtis officia exercuit, sed manib⁹ & pedibus ligat⁹ exiẽs, apl̄is tradit̄ absoluẽdus: vt ab illis absolutus, liber tãdem quo libuisset ambularet. Hoc autẽ ideo factum est, vt inuauat peccatorẽ non statim post peccatorũ suorũ manifestationẽ esse a peccatorũ nexibus liberũ, sed expectãdam esse sacerdotis absolutionẽ, vt peccator a peccatis p̄sus liberet. Nã ad hunc finẽ sacerdoti peccata p̄ cõfessionẽ detegunt, vt ille de peccat̄ quæ sibi narrata sũt, sententiã dicat: absoluẽs aut

Joã. xj

Concorda  
tio -



## HOMILIA

retinens. Sic etiā David ab illa tantī facinoris morte reuiuiscens ad vocē domini quasi foras exiuit: dum per Nathā correct⁹, qđ fecerat accusauit, dicēs. Peccaui. Petr⁹ etiā postq̄ negauit dñm, foras exiuit & fleuit a mare. Extra domum exiuit & fleuit, vt sic misericordiā consequeret. Domū ego cōscientiam esse censeo, intra quam adhuc latet qui peccata sua in corde celat. Huius domus quasi quoddam ostium est os: Per hoc egredimur quādo verbis quibus possumus secreta cordis nostri aperim⁹: vt quales intus manemus in cōscientiā, tales foras egrediamur per lingnā. Non fuit contentus Petrus intra domum flere: vt per hoc doceret nos deus solas lachrymas non esse satis ad peccati remissionē impetrandam, nisi adsit etiā peccati cōfessio. Hinc est q̄ postquā

*Gene. iij.* Adam peccauit, deus illum in paradiso requirit vt peccatū quod commiserat, cōfessione deleteret. Quā in re immēsam dei bonitatem cōsiderare debem⁹, qui tātam habet nostrae salutis curam postq̄ peccauimus: vt non prius nos deum quem offendimus sed ille qui a nobis offensus est, prius nos ad pristinam amicitia resarciēdam pquirat. Nam

## SEXTA. Fo. lviij.

ad hunc finem Adam in paradiso post peccatū perquirat & interrogat vbi esset, vt peccatā culpam respiceret, respiciens agnosceret, agnoscēs fateret, & sic indulgentiam mereret accipere. Nam serpens ille p̄uasor quia non erat vocādus ad veniā, nō est requisit⁹ de culpa. Interrogat igitur dñs Adam vbi sit, nō quidem quia ipse ignoret. sed vt per interrogationē illum ad peccati confessionē induceret: & ille per cōfessionem peccati, ad remissionem pueniret. Hunc enim morē deus ab initio habuit, vt a nobis peccatorū exigeret confessionē: vt illa interueniēte, veniam recipere mereremur. Eadem ratione interrogat postea Caim & ait. Vbi est Abel frater tu⁹? Hac interrogatiōe quasi ignorantia simulans, illum ad peccati cōfessionem adducere voluit: vt per illam, indulgentiam impetrare valeret. Sed hoc admonitione dignum est, vt cōsiderem⁹ quāta fuerit dei bonitas, qui Caim tantī sceleris patratore suo colloquio fuerit dignat⁹. Nos enī saepe amicos nostros & cognatos nec qualescūq; sed fratres & filios saepe abominamur, & illos alloqui dedignamur: cū tale aliquod facinus ppetrasse scimus. Sic

*Se. iij.*



### HOMILIA

**F**enim Dauidem regem fecisse legimus, qui  
Absalonē filium pro nece fratris Ammon  
tam exosum habuit, vt per annos aliquot  
illum ante conspectū suum venire non sine  
ret. Nam indulgentia sceleris iam data Absa-  
loni, dixit rex ad Ioab. Reuertar in domū  
meam & faciem meam nō videat. Factum quod  
est ita, vt ille ad domum suam reuertetur &  
faciem regis non videret. Multo ergo mira-  
ri debemus quod deus tanta vltus sit tolerantia,  
vt tam scelestum virum qui tam nefandū fa-  
cinus primus tentauit & perpetravit, deus  
alloqui non sit dedignatus. Verum medicus  
ille est, qui omnibus peccatoribus mederi opor-  
tat. At medicus pius nihil non facit vt gra-  
ui morbo laborantes, incolumitati restitua-  
at. Et ideo deus prope accedere & illum al-  
loqui non dedignatus: vt ille interrogatus di-  
cat quid fecerit, & ostendat medico vlcus,  
& ille medicinam adhibeat. Sed ille iterum  
disrumpit vlcus & vlcus increfcere facit,  
vulnus vulneri supaddens & dicit. Nescio.  
Vide responsi impudētiam: quasi deum fal-  
lere possit sic ille responderet. Quid cogitas  
miser! Credis ne te diuinos posse frustrare  
obtusus! Cogitas forte te loqui cū homine

### SBXTA.

Fo. lviij.

quem alius fallere potest homo! Scis quis  
sit ille qui tecū loquitur! Ille est cuius oculi cō-  
replant bonos & malos. Ille est qui seruta-  
tur renes & corda. Ille est cui nihil est nō ma-  
nifestum quālibet sit aliis occultū. Cur er-  
go dicis: nescio! Verum clemētissim⁹ deus  
qui illius salutem ardentissime cupiebat, nos  
luit adhuc illum a suo colloquio repellere,  
sed illum ad cōfessionē vehemētius urgere  
cōcepit, dicens. Quid fecisti! Magnam certe  
viam hęc verba bahere vident. Ac si dixisset  
Quare abscondi peccatas qui abscondi nō po-  
tes! Scio quid feceris. Nefarium scelus: hor-  
rēdum facinus: cædem nouā tanq̄ primus  
dæmonis carnifex humana vitæ intulisti.  
Ille tamē tanq̄ deum fallere posset, impudē-  
tissime & mendacissime respondit. Nescio.  
Vidistis infantiā Cain execrādā, & pētm  
abominādū. Sed maior multo dei pietas &  
clemētia: qui parat⁹ erat veniā illi dare, si il-  
le pētm suum non celasset, sed cōfessus fuisset:  
quia tñ illud abscondit, remissionē non  
inuenit: & ideo cum Dauid dicere poterit.  
Quā tacui inueterauerūt ossa mea. Lamech  
autē alieno piculo cautior & sapiētior fact⁹  
cum virū occidit vidēs se animo vulneratū,



### HOMILIA

Non abscondit vuln<sup>9</sup>: nō negat factū, sed potius detegit, & pētū suū fatef: se de illo accusat, ne ab alio postea accuset. Expēdens siquidē animo, q̄ negatio grauiorē illi pararet pēnā, vocatis mulierib<sup>9</sup> suis, ait illis.  
*gen. iiii* Audite vocē meā vxores Lamech, auscultate sermonē meum: qm̄ occidi virū in vuln<sup>9</sup> meū, & adolescentulū in liuorē meū. Dices in vulnus meū, inuuit se non tantū nocuisse illi quem occidit quantū sibi ipsi. Vide in super qualem habeat sui peccati cognitio- nem cum illud fatef: quia sibi ipsi grauē pro peccato decernit pēnam. Nō enim solum vocalis & vana est ista Lamech confessio, velut Saulis, qui cum se peccasse ore fateret, corde tamē non ita: quia pēnam sibi p peccato iuste a deo decretam sustinere noluit. Lamech autē non sic: sed ipse in seipsum sententiā dicit. Sic enim ait. Septuplū vltio dabitur de Caīm. De Lamech vero septuagies septies. Quibus verbis veram esse sui peccati cōfessionem aperre monstrauit: qm̄ non solum peccatū confessus est, sed & pēnam sibi intulit, comparās peccatū suum peccato Caīm. Sed dices quare cēset maiorem sibi pēnam deberi q̄ Caīm. Peccatū siquidē

*1. Reg. xv.*

*gen. iiii*

### SEXTA. Fo. lix.

Cain multo graui<sup>9</sup> fuit: qm̄ fratrem ille occidit, & per insidias, nullaq; illi data occasione. Lamech autē nec fratrem nec per insidias interfecit: Cur ergo in se tam iniqu<sup>9</sup> est iudex! Audi. Existimabat quidem illum multo maiori pēna dignū qui alterius pēna nō emendat. Infelix enim ille merito cēseri debet quem aliena pericula cautum nō faciūt. Qm̄ (vt ait sapiens) pestilente flagellato stultus sapiētior erit. Et alius admonet Memor esto iudicii mei, sic enī erit & tuū: mihi heri, & tibi hodie. Cain ergo & si per insidias fratrem interfecit, nullum tamē antea qui id scelus cōmisisset, viderat: nullum antea pro hmōi delicto punitū sciebat. Lamech autē, quia Cain propter hoc punitū intellexerat: & illius pēnæ pperuo memor fuerat: nec tamē ob hoc cautior factus est, dignum se qui maiori pēna plectatur cēset. Considera obsecro quātum Lamech p fuit, pēna quā sciuit fuisse irrogatā Cain. Sciuit enim ideo Cain fuisse punitum: quia peccatū suum non solum nō fuit cōfessus, sed deo celare voluit: ideo Lamech cum in peccatū est lapsus, nō expectauit vt ab alio argueret: sed nullo vel accusante vel arguē

*Puer. lix.*

*Eccli. xxxiii.*



## HOMILA

te ipse semetipsum pdit. & fatet quod comiserat: vxoribusq; suis delicti magnitudinem narrat. Implens illud qd sapiens dicit. Iustus in principio accusator est sui. Si quis igitur peccauit, & animam vulnera curare, & gram quam amisit recuperare optat, corde copunctus medicum adeat: & medici confidens arti, illi omnia suorum peccatorum vulnera detegat: qm statim peccatorum remissionem accipiet. Nec solum hoc, sed gratiam iustificationem recipiet. Sic enim illum propheta admonet dicens. **Esai.**  
**cliij.** Dic tu prior iniquitates tuas ut iustificeris: Iustificat enim statim qui prior iniquitates suas deo & sacerdoti dicit. Sed hic admonendum censui, q non absolute dixerit, dic tu iniquitates tuas, sed addidit, prior. Hoc est, ne expectes te arguentem: ne postoleris actorem: ipse proueni, & cape accusationis principium ut demonem accusatorum obmutescere facias. Hi enim qui in inferno sunt seipsos accusant: peccata sua dicunt, se male egisse fatent dicentes. Errauimus a via veritatis, ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Verum haec non priores illi dixerunt sed postquam daemone accusati sunt, tunc confessi sunt peccata sua, ac pinde nec iustificati, nec a peccato liberati. Si tamen nos aduersarium nos-

## SEXTA: Fo. lx.

strum demonem prouenimus nos ipsos accusantes, & antequam ad tribunal iudicis presente mur, faciem iudicis in peccatorum confessione preoccupamus: omnia nobis peccata condonabit, & nos in libro iustorum scribet. In quo magna aptissime dei relucet misericordia. Nam in humanis & forensibus iudiciis, si quis sua scelera & graua crimina fateretur, quis iudex sit humanus, capitale tamen non reformidabit in illum pronuntiare sententiam. Nam (ut qui **Quidam** ait) non est confessio causa tuenda rei. At misericordia dei tanta est tamquam ineffabilis bonitas & clementia, ut omnibus qui sua peccata fuerint confessi, veniam prestare non dubitet. **Qm** (ut beatus Ioannes docet) si quis peccata sua fuerit confessus, fidelis est deus ut remittat. Vos ergo peccatores omnes admoneo, ut saecularium iudiciorum ordinem conuertatis. Nolite negationibus vel excusationibus criminum vestra defendere, sicut saecularibus aduocatis contingit: qui veritatem negando, crimina criminibus defendere consueuerunt. Vestras potius culpas narrate: melius propositum in quod mentes vestras mutastis indicate: & tunc lege diuina ab hoc mundo longe diuersissima, ab omnibus sceleribus eritis absoluti & gratiam a deo accipietis.



## HOMILIA

qua iuuante aeternā valeatis assequi beatitudinem per merita Iesu Christi filii dei, qui cum patre & spiritu sancto viuūt & regnat in saecula saeculorū. Amen.

## HOMILIA SEPTIMA.

Dum clamarem tota die.

**Q**ui haec Dauidis verba, quae nūc pertractāda suscipimus, solam faciem inspexerit, & interiora minime penetrauerit: existimabit illa velut ex diametro pugnare cum illis quae proxime superiore sermone sumus interpretati. Dixerat enī Dauid se tacuisse, & ob eam causam ossa sua fuisse inueterata: quo autē tempore tacuerit. nūc explicat dicens. Dum clamare tota die. At fieri non potest vt quis tacens clamet, aut clamans taceat. Nam clamor & silentiū opposita sunt secūq; pugnātia: quo fit, vt in vnū coire nō possint. Sed si quale fuerit silentiū suum. qualis etiā clamor quo se tota die clamare dicit aduertim⁹, facile quae in specie

## SEPTIMA.

Fo. lxi.

pugnare videntē cōciliabimus. Aliud quidē tacuit & aliud clamauit. Tacuit peccatū ad cōfessionem: clamauit iustitiam per iactantiam. Peccata quae confiteri debuerat, celauit: bona si quae fecerat publicauit. Et quia sic clamans tacebat inueterauerūt omnia illius ossa: hoc est, omnes animae virtutes. Qui enim sana membra medico ostendit, & vulnerata tegit. nunq̄ curari poterit: immo potius quotidie peius habebit. Sic fuit pharisaeus ille qui in templo orans bona sua iactabat dicens. Gratias tibi ago dñe, quia non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti adulteri, velut etiam hic publican⁹. Ieiunabis in sabbato, decimas do omnium quae possideo. Tales sunt heu nimium multi, qui quonia iusti magis videri q̄ esse appetunt, cum bona aliqua faciunt, non in secreto sed publice illa facere satagunt. Postq̄ facta sunt, aliis quos latere putant illa referūt. vt inde ab illis quibus referunt, aestiment. Thrasonem agunt. suas canūt laudes, suorum gestorum historiographi fiunt. Ne tamen ita faciant, saluator noster illos admonet dicens. Cum facis elemosynā noli tuba canere ante te, sicut hypocrite faciūt in synagogis &

Luce.  
xvii.

Mat.  
vi.



HOMILIA

In vicis, vt honotificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. **T**uba canit qui bona sua coram aliis lactat: qui seipsum de bonis que fecerat laudat. Et hinc est, qd filis Israel deus prohibuit ne primogenita ouiu tonderent. Ouis quæ nulli nocet, iusticiam & benitatem significat. Primogenitū ovis est virtutis initium. Qui bonum quod facit aliis narrat, primogenitū ovis tondit: quia sublato secreto quo quasi quodam vellere virtus ipsa tegebatur, tonsa postmodū virtus manet. Quam graue autem hoc sit peccatū, Job aperte pronunciat sic inquit. Si osculatus sum manum meam ore meo, quæ iniquitas est maxima. Per manus, opera: per os vero verba significatur: quoniam ore loquimur, & manibus operamur: Ille ergo manū suam ore proprio osculatur, qui sua ipsi opera ore proprio laudat: sed hoc (iuxta sententiam Job) iniquitas est maxima. Neque solum iniquitatem ego dixerim, sed potius stultitiam maximam: quod inde censerī potest: qd seipsum laudantes obstant, ne id quod maxime optant, assequantur. Nam quia inanem quandam gloriam

Dent. xv.

Job,

SEPTIMA. Fo. lxxi.

captant, ideo bona si qua gesserunt aliis narrant, sperantes hoc medio futurum, vt ab aliis maiori æstimatione digni censeantur. Longe tamen aliter qd sperabant, subinde euenit. Nam qui audiunt ob hanc solam causam illos cōtemnūt: & quos forte iustos putabant, & velut tales venerabatur, postea tanquā peccatores æstimant: & quasi iactabundos dedignant. Et si forte vnus aut alter illius dictis assentiens, illum ob hoc venerat & suspicit: is e vulgi erit fece, quod iuxta solam rerum faciem iudicare solet, & interiora minime scrutatur. At demētia est magna rem tam leuem, & tam nihili (vt ita dixerim) qualis est vulgi opinio & æstimatio: tam caro precio emere, vt a viris bonis & doctis contemnatur. Sed hæc parua esset stultitia bonorum virorum & prudentium æstimationem amittere, nisi eovsq; pgrederet, vt bona quæ fecerat ob id solū quod illa in publicum iactarūt, amittant. Hi enim similes sunt gallinis, quæ cum oua excluderunt, statim clamant, atq; adeo importune, vt auditoribus sint molestæ: Qui autē illarū importunos clamores audiūt, illas peperisse hoc signo intelligūt: & ob eam



HOMILIA

causam excitatur & alliciunt vt oua quæ il  
læ peperunt, pquirant & rapiant: quod for  
tenon fuissent facturî, nisi illarû clamorib⁹  
ad hoc faciendum excitarent. Ad eundem  
modum iactabûdis cōtingit. Nam dæmō  
qui illos sua bona iactantes auscultat, ad il  
lorum bonorū depredationē inuitat. Sug  
gerit enim illis arrogantia & inanem de bo  
nis quæ habet gloriā: quæ bona omnia de  
uastat: & sicut ventus vrens omnia cōsumit.  
Magna ergo stultitia est bona sua in publi  
cum iactare: quoniā (vt egregie beat⁹ Gre  
gorius dixit) depredari desiderat qui the  
saurum publice portat. Et si hæc magna, iu  
re censetur stultitia, qualis quātaq; erit stul  
titia illius qui bona sua quotquot scire volē  
tibus quadā quasi preconis voce denūciat.  
Nam hic talis, illos etiam qui alias fures nō  
erant, quasi vrgere nedum allicere ad suorū  
bonorū depredationē videtur. Quousq; ab  
æternæ patriæ securitate disiungimur, per  
viam latronib⁹ refertam ambulamus: qua  
propter qui depredari formidat, necesse est  
vt abscondat bona quæ portat: alioqui ho  
stes ad rapinam puocare dicetur. si suas bo  
norū operum diuitias illorū notitiæ denū

SEPTIMA. Fo. lxxiiij.

dat. Tale in Ezechia rege cōtigisse regnorū  
narrat hystoria. Hic enim nunciis regis Ba  
bylonis ostēdit domum aromatū, & aurū  
& argentum & pigmenta varia: vnguenta  
quoq; & domū vasorum suorū, & omnia  
quæ habere poterat in thesauris suis. Non  
fuit verbum, hoc est, res quam non mōstra  
ret eis Ezechias in domo sua, & in omī po  
testate sua. Quod cum sciret Esaias prophe  
ta, venit ad regē: & male illū fecisse iudicās  
dixit ei. Audi verbū dñi exercituum. Ecce  
venient dies, & auferetur omnia quæ in do  
mo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt pa  
tres tui vsq; ad diem hęc in Babylonem. Et  
factum est ita vt ppheta prædixit. Similli  
mū huic est, q̄ iactabûdis & inanis gloriæ  
cupidis cōtingit, qui post magnas virtutes  
decrescūt, quia celari in eisdem virtutibus  
nolunt: sed bona sua publicādo per impru  
dentiam subito amittūt, quicquid magnis  
cum laborib⁹ acquisierāt. Hinc per psalmi  
stam dicif. Tradidit in captiuitatē virtutē  
eorum: & pulchritudinē eorum in manus  
inimici. Tunc virt⁹ & pulchritudo arrogā  
tium in manus hostium tradif quando bo  
num quod factum est publicat vt inde laus

iii. Re  
gh, fr.

psalm.  
lxxvii.



## HOMILIA

habeatur. O igitur miseri qui bona sua coram aliis iactant: quoniam cum laudes hominum querunt, in semetipsis dissipant fructus laborum: & cum alienis oculis se ostendere appetunt, damnant bonum opus quod agunt. Et hoc est quod nunc Dauid ait inueterata esse omnia ossa sua dum clamaret tota die. Tacuit quidem peccata, clamauit virtutes suas: & ideo omnes animae virtutes infirmatae sunt. Ad hunc modum interpretantur Hieronymus, Augustinus, & Cassiodorus. Verum etsi iactantia tam mala sit, ut bonorum laborum fructum amittere faciat: nescio tamen an hoc morbo Dauid laborauerit. Non enim mihi constat illum sua bona iactasse, sicut certo scio illum sua peccata celasse. Propter quod alium sensum illa verba mihi habere videntur, quibus Dauid ait. Dum clamarem tota die. Ita ut per illa verba sui peccati grauitatem, explicet: quod quis grauisimum fuerit, illud tamen medico ostendere non curauit. Quod ergo ait se tacuisse dum clamaret tota die, idem mihi significare videtur, ac si dixisset se peccatum suum tacuisse: cum tamen illud fuisset grauisimum ac proinde magis medico egens. Ut autem quae di-

*Alius sensus.*

## SEPTIMA. Fo. lxxiii.

cimus confirmemus, illud admonere oportet, quod iuxta scripturae sacrae locutionem opera nostra etiam clamare dicuntur, sicut lingua. Nec minus operibus clamamus quam vocibus. Opera enim ipsa quae facimus, quasi quaedam voces proferunt, aut in laudem nostram aut in vituperium. Si bona sunt opera, factorem suum laudant: sicut de muliere forti scripsit Salomon dicens. Laudent eam in portis opera eius. Opera, inquam non labia, sicut de iactabundis diximus, quod seipsum laudare soleant. Si vero mala sunt opera, suum ipsorum auctorem coram deo, reum facere non cessant. Et sicut non omnia peccata sunt parua, neque omnia pari sui reatus lance pensantur: ita non omnia aequae suas voces attollunt. Nam quae leuia sunt, prout sunt illa quae venialia dicuntur, vix voces proferunt sed quasi susurrant, & quodam concluso murmure sic loquuntur ut vix illorum voces possint intelligi. Quae autem grauius sunt crimina palam loquuntur, & sic voces attollunt, ut a quouis possint audiri: nisi surdus ille sit: quoniam quilibet vel mediocriter doctus, potest illorum grauitatem agnoscere.

*pnec.  
xxxj.*

HOMILIA

*Peccata.* Grauiſſima vero præcepta ſic efferunt vo-  
ces. vt clamare dicant. Neq; clamant vt cū-  
q; ſed ſic vt illorum clamor ad cœlos vſq; p-  
ueniat. Nam de peſſimis illis hominib⁹ So-  
domæ & Gomorræ incolis domin⁹ ad A-  
braham loquēs ait. Clamor Sodomorū &  
Gomorrhœorū multiplicatus eſt: & peccatū  
eorum aggrauatū eſt nimis. Quia enim ni-  
mium atrox peccatū Sodomorū erat, ideo  
illos clamare dixit. operibus ſiquidē clama-  
bant. Quid autem clamauerint, pœna in il-  
los inſicta declarauit. Nam clamabāt vindī-  
ctam. inſtāter & importunæ vltionē a deo  
petebant. Ne igitur illi. aut quicumq; alius  
deum accuſaret q̄ iniuſtam aduerſus illos  
Sodomos & Gomorrhœos pferret ſenten-  
tiam: vt ſe ab huiusmodi calūnia liberaret,  
ait. Clamor Sodomorū & Gomorrhœorū  
multiplicatus eſt. Quo pacto autē clamēt,  
declarauit cum ſubdidit. Et peccatū eorū  
aggrauatū eſt nimis. Ac ſi dicere. Ego illis  
accuſationem non infero, ſed ſunt teſtes q̄  
plurimi qui illos accuſant: grauiſſima ſcilicet  
crimina quæ cōmiſerūt: quæ tam anxie  
clamant & vltionem petunt: vt niſi iniuſtus  
ſim iudex, illis parcere nō poſſim. Si igitur

Gene.  
viii.

SEPTIMA. Fo. lxxv.

punio, quaſi inuitus facio: qm̄ illorum gra-  
uiſſima peccata quæ clamare nō ceſſant: me  
ad vindictam de illis ſumēdam compellūt.  
Deinde, afflictio pauperū q̄ graue etiam  
iſta ſit peccatū: ad deum etiam clamare di-  
citur. Vidi (inquit dñs) afflictionem popu-  
li mei in Aegypto & clamorē eius audiui p-  
pter duritiam eorū qui præſunt operibus:  
& ſciens dolorē eius deſcendi vt liberē eum  
de manibus Aegyptiorū. Cum autē ſe audi-  
uiſſe clamorem eius: & ſi poſſit illud referri  
tam ad populū afflictum q̄ affligentem, ver-  
ba tamen quæ ſequitur ſuadent, vt quæ p-  
ceſſerant de populo Aegypcio filios Iſrael  
affligēte intelligātur. Nam ppter duritiam  
eorū qui operibus præerant dicit ſe clamo-  
rem audiſſe. Illa ſiquidem Iudæorū oppreſ-  
ſio, ad deum pro ſcleris punitione clama-  
bat. Cuius clamoribus puocatus ait. Et ſci-  
ens dolorē eius deſcendi vt liberem eum de  
manib⁹ Aegyptiorū. Neq; enim fruſtra (Iob  
teſte) audiet deus: & omnipotens ſingulorū  
cauſas intuetur. Eſt adhuc aliud peccatū ge-  
nus, quod propter culpe magnitudinē di-  
uinas aures clamorib⁹ pullat: retentio vide-  
licet mercedis fidelitū operariorū. Hæc eni

Ero.  
iij.

Iob.  
xxxv.



HOMILIA

*Jaco.* *v.* **U**t beatus Iacobus testat̄ ad deum clamat. Ecce (inquit ille) merces operarioꝝ vestroꝝ rum, qui messuerūt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat. Ad terrōre autem eorum quī putāt pauperes nullum habere tutorē, beatus Iacob⁹ subiūxit. Et clamor eorū introiuit in aures dñi sabbaoth. In illi⁹ aures introiuit: quia ille pauperū patronus factus, illorū suscipit causam. Nam propheta deum alloquens, ait. Tibi derelictus est paup: orphano tu eris adiutor. *ps. ir.* *v.* **V**ide quam bene mercenariōꝝ causam egerit: quā in fauorē illorū, hanc tulit legem. Non morabit̄ opus mercenariū apud te vsq; mane. Et merito pietissimus deus mercenariis per huiusmodi legē p̄spicere decreuit: quoniam quī quotidiano labore suum victum acquirunt si illis merces sua in crastinū dilata fuerit, vnde vitam trāsire valeant, nō habebunt. Nam si de beneficiis gratis impendendis dictū est: Ne dicas amico tuo vade & reuertere, & cras dabo tibi eū statim possis dare: multo iustius est: v t id quod propriis sudoribus acquisitū est, nō differatur mercenario cum ab illo exigitur. Propter quod beatus ille Iob dei voce laudat⁹, hoc

SEPTIMA. Fo. lxxvi.

crimen tanquā grauissimū, diligentissime se cauissē testat̄ dicens. Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius desierit: si fructus eius comedi absq; pecunia: & animam agricolarū eius afflixit: pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina. Terrā suam aduersum se clamasse, & cum illa sulcos illius desessē dicit: si mercedem agricolæ in illa laborantis retinuisset: quod quā graue fuisset peccatū, ostendit per hoc qd tam acerbe est illi imprecatus. Quartum deniq; adhuc superest peccati genus, & istorum omnium maximū: quod sic alte clamat, vt cælos e terra penetret. Homicidium est hoc: quod tam graue est peccatum, vt hoc primū sit propter quod homo a deo maledictionem acceperit. In ipso siquidē initio humanæ transgressionis, non statim deus ipsum maledixit Adam: sed terram maledixit. Et hoc beatus Irenæus libro tertio aduersus hæreses sapientissime annotauit. Nā (vt ille ait) transtulit deus maledictum in terram, vt nō perseveraret in homine. Cōdemnationē autē transgressionis suæ accepit homo: tediā, & terrenum laborem: & manducare panem in sudore vultus sui: &

*Job.* *xxx.*

*Beatus Irenæus*



## HOMILIA

conuerti in terram de qua sumptus fuerat. Similiter etiam mulier, tedia & labores & gemitus & dolores partus, & seruitiū, hoc est, vt seruiet vir o suo. Quod profecto nō ob aliam causam factum est, vt tam temperata esset illorum punitio: nisi vt non maledicti a deo in totū perirent: neq; sine vlla in crepatione perseuerātes deum contemnerent. Omnis autē maledictio tunc decurrit in serpētem qui seduxerat eos. Et propter ea maledictus, quia nulla erat illius salutis spes: sed sicut primus homicida fuit Cain, ita primus qui maledictionē a deo suscepit. Hic prim⁹ est qui (iuxta pphetæ sententiā) induit maledictionem sicut vestimētū. Nam huic primo hominī dictū a deo scim⁹. Maledictus eris super terrā quæ aperuit os suum & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Quia enim serpētem imitatus est in culpa, decuit vt etiam imitaret in pœna. Callidus siquidem ille serpens, inuidia tabescens propter maxima quæ cognouit esse hominī parata a deo beneficia mortē illi per fraudem & fallaciam pcurauit. Sic etiam Cain videns deum respexisse ad munera fratris sui, quæ multo suis meliora deo obtulerat,

psalm.  
cvij.

gene.  
iij.

## SEPTIMA. Fo. lxxij.

inuidia motus, deceptū fratrem & in campū eductum, armata in eum manu occidere tētauit: quod & fecit. Sicut igitur serpens, ex inuidia in fraudē, ex fraude in eadē hominis puenit, ita etiam Cain per eodē gradus ad necem fratris pgressus est. Quapropter dignū fuit, vt similis illum feriret pœna, qui similem cōmiserat culpam. Iure igitur illi dictum est, maledictus eris super terram. Tunc enim initium & degustationem quādam illius maledictionis accepit, quā illi qui a sinistris dei erūt, in die iudicii audiēt. Vidistis iam criminis atrocitatem quæ ex pœna illi irrogata, latē (vt opinor) patuit: audite nunc eiuldē criminis clamorē. Vox fratris tui (ait dñs) clamat ad me de terra. Non enim ego homo sum: vt solā illam vocem audiam quæ linguæ plectro formatur. Deus sum qui possum & sanguinem audire clamātem & hominē mortuū & in terra iacentem. Ecce quousq; volat vox sanguinis huius: quoniā a terra in cœlum ascendit: & cœlos omēs penetrās regio throno assistit, & nefariū hoc scelus denunciat, & illius auctorem accusat, vltionē a deo querēs. Propter quod merito beatus Paulus in ea quæ



### HOMILIA

est ad hebræos eplā dixit: sanguinem Christi  
**beb. xij.** si melius loquētem q̄ Abel: quoniā sanguis  
Abel mortem parricidæ fratris petiit: san-  
guis autem Christi vitam p̄secutoribus im-  
petrauit. Sanguis Abel loquitur vindictam:  
sanguis Christi misericordiā. Melius igitur  
loquitur sanguis Christi: q̄ sanguis Abel.  
Et ideo Paulus subdidit. Videte ne recuse-  
tis loquētem. Recusam⁹ autem illum loquē-  
tem, si cū ille pro nobis interpellat, nos pec-  
catis obuoluti obstamus quom̄ illius ora-  
tio nobis prodesse possit. Ut igitur ad id  
quod erat nostræ orationis caput verba re-  
uocemus, dicimus peccatū illud quod men-  
te cōcipitur, & nondum ex cordis latebris  
in publicum prodit sub silentio adhuc ma-  
nere: quod autem ex corde ad opus exteri⁹  
progressum est, illud (iuxta beati Gregorij  
sententiam) loqui censeo. Nam (vt ille ait)  
Peccatū cum voce, culpa est cum actione.  
Sed si illud leue fuerit, & venia dignum, sic  
voces suas profert, vt vix possit intelligi.  
Si autem latabile est crimen, in altum vo-  
ces suas attollit. Quod deniq; grauissimū  
est, velut vnum ex his quattuor pxime nu-  
meratis, sic valide clamat: vt cœlos omnes

### SEPTIMA. Fo. lxxviii.

penetrās vsq; ad tribunal dei pertingat. Et  
de hoc clamore (nisi aliud obstat quod hūc  
locum sic interpretari prohibebat) ego bea-  
tum Gregorij imitatus censerem Dauidē  
regem intellexisse cū ille dixit. Dum clama-  
rem tota die, hoc est, semper. Tota die cla-  
mabat, qui tota die in adulteriū & homici-  
diū culpa p̄sistebat. Et quia illud non coram  
deo cōfitebatur, se tacuisse dixit. Itaq; ore  
tacebat, opere clamabat. Tacebat ad cōfes-  
sionem, clamabat ad peccati vltiōem. Nec  
mirerē quisq; si nos Dauidis peccata clama-  
se dicam⁹: cum nō tam leuia fuerint, vt sub-  
missa voce loquuta fuisse credamus. Nam si-  
cut dñs ad Cain dixit, vox fratris tui Abel  
clamat ad me de terra. Ita etiam Dauidē al-  
loquens dicere potuisset. Vox Vriæ militis  
tui fidelissimū clamat ad me de terra. Nō in  
hostem iniquitatē parasti, sed in amicū: nō in  
alienigenā, sed in seruū tuū, in milite fidelis-  
simū: nī eū qui nulla te iniuria affecerat, sed  
multū p̄clare gestis de te b̄nmeritū. Cain vt  
Abel occideret fraude illūe domo patris in  
campū abduxit: & amicitia occasiōe frater  
nam b̄nvolentia p̄texens, hostilia quæq; p̄-  
petrare deliberat. Et Dauid vt Vriā in bel-



### HOMILIA

Io occidere faciat fraudulētas illi p̄bet epi-  
stolas, quibus illum ad belli grauius pericu-  
lum transmitteret. Cain fratre interfecto,  
neq; vxorem illius neq; aliquā illius substan-  
tiam accepisse legimus. Dauid autem post  
Vriæ cædem vxorē illius accepit, pro qua  
liberius possidēda Vriam interfecerat. Sic  
enim exprobrauit illi p̄pheta dicēs Vriam  
hethæū percussisti gladio, & vxorem illius  
accepisti in vxorē tibi. Cain occidit fratrem,  
Dauid eum quem vt fratrem tractare debuisset,  
interfecit. Nam sapiēs ait. Si est tibi ser-  
uus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fra-  
trem sic eum tracta. Quanta fuit Vriæ fide-  
litas, non est operosum ostēdere, cum tam  
aperte illam sacra manifestet historia. Nam  
cum rex illum a bello vocauit: neq; cū vxorē  
sua delictari: ueq; in domo sua bibere aut  
comedere, immo nec domū ingredi bello  
durante voluit, sed ad bellum redire anhela-  
bat. Ad bellū deniq; rediens pro dei sui glo-  
ria, & pro regis sui honore: tam ex animo  
ac tam fideliter pugnanit, vt etiā discrimine  
mortis urgente nec pedem retraxerit, quo  
usq; felicem mortē cum tristi vita mutauit.  
Grauissimū ergo Dauidis peccatum: & eo

Ecc̄l.  
xxvii.

### SEPTIMA. Fo. lxxix.

maius q̄ peccatum Cain, quo maiora a deo  
Dauid receperat beneficia: & quo magis il-  
lum Vriæ suis benefactis obligauerat. Qua  
proter merito Dauidis pct̄m sicut & Cain  
ad deum clamasse dicetur. & ideo ait. Quo-  
niā tacui inueterauerunt ossa mea, dum cla-  
marē tota die. Ac si diceret. Omnes animæ  
meæ vires infimatae sunt, qm̄ peccatū meū  
celauit: cum tamē illud tam graue fuerit, vt  
ad deum tota die clamauerit: qua in re meā  
maximā dementiā cōsidero. Nam cum gra-  
uissimū fuerit vulnus meum, et q̄ maxima  
medici arte & industria indigebat, ego ta-  
men illud abscondi, nec illud medico ostēde-  
re volui: & ob hanc causam vuln<sup>9</sup> inualuit,  
& in reliquas animæ meæ vires grassatū est.  
Quapropter vos omnes pct̄ores admoneo,  
& per vestram ipsorū salutem obtestor, vt  
meo periculo sitis cauti: vestra peccata no-  
lite tegere: quia quo magis celaueritis illa,  
eo p̄ficient in peius. Peccata vestra confite-  
mini. & in pristinā salutem statim restitu-  
mini: & vitam deinde assequimini aeternā,  
per merita Iesu Christi filii dei, qui cum pa-  
tre & spiritu sancto viuuit & regnat in sæcu-  
la sæculorum. Amen.

HOMILA  
HOMILIA OCTAVA.

Quoniam die ac nocte grauata est super  
me manus tua, conuersus sum in aerum  
na mea dum consistit spina.



Agnum hoc est diuinae erga  
nos pietatis indicium, quod etiam  
cum nobis aduersa, neis pec-  
catis exigentibus mittit. nun-  
quam sine misericordia id facit:  
ipso attestante qui per Dau-  
dem prophetam in alio quodam psalmo, ait. Si  
dereliquerint filii eius legem meam, & in iu-  
diciis meis non ambulauerint. Si iusticias  
meas perperauerint & mandata mea non cu-  
stodierint, visitabo in uirga iniquitates eo-  
rum & in uerberibus peccata eorum. Miseri-  
cordiam autem meam non dispergam ab eo:  
neque nocebo in ueritate mea. Cum enim pec-  
catorum aliquem flagellat, non ut destruat hoc  
facit, sed ut emendet: non ut interimat, sed  
ut uiuere faciat. Ille siquidem non uult mor-  
tem peccatoris, sed magis ut conuertat &  
uiuat. Sunt autem multi qui cum felices & ni-  
miam prosperi sunt, soli transitori felices sunt.

OCTAVA. Fo. lxx.

cumbentes, dei obliuiscuntur, & ab illo recedunt. Mafueti enim accipitres, postquam a manu domini euolarunt, si illos saturari contingit, uix ad dominum redire uolunt, etiam si cibo ostenso illos alliciatur. Fame tamen urgente si cibum aliquis illis ostendat, uel compulsi redeunt. Idem multis peccatoribus contingit. Nam hos saepe dominus a manu sua auolare permittit cum illis ex arbitrio agere sinat. Et hoc saepe facit, ut quid ex se possint agnoscant. Unde Dauid in alio quodam psalmo ait. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum. Ut autem ostenderet quid suae ipsorum uoluntati relictis agent, subiunxit. Ibunt in aduentionibus suis, hoc est, in uariis peccatorum genera, quae aduentiones sunt humanae. Et huic Dauidis sententiae consentit Paulus apostolus, cum de gentibus loquitur, sic inquit. Tradidit illos deus in desideria cordis eorum. Quod ait, tradidit, permissione dei significat non efficientiam. Permissit enim illis deus, iuxta desideria cordis eorum agere. Quae autem sint illorum desideria, statim aperuit subiungens. In immunditiis, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis: qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium:

HOMILIA

& coluerunt & seruiuerunt creaturæ potius creatori, qui est benedictus in sæcula. **O** igitur stulti & dementes peccatores qui putatis magnū aliquod bñficiū vobis impendi, cum vestris desiderijs deus non cōtradicit: cum vobis ex vestro arbitrio agere permittit: cum vobis omnia ex voto succedere sinīt. Stultī quidem & dementes merito cēsendi estis: qm̄ non est aliud certius damnationis iudiciū q̄ hoc. Nam quisquis suæ voluntati a deo pmittit, statim in peccata maxima labitur. Omnis autem talis a manu dei auolat: quoniā iustorum animæ (vt sapiens ait) in manu dei sunt. Nam de decem tribubus filiorū Israel, qui deo deserto peccatis seruiebant, deus per Oseam prophetam loquens, ait. Ephraim quasi auis auolauit. Ephraim autē solum nominauit, vt illorū volat⁹ causam exprimeret. Nam Ephraim si in latinam linguā transferas, sonat: frugifer aut crescēs. Ephraim ergo est qui quasi auis auolauit: quia qui p̄speris fouent, hī cito deū derelinquūt: neq; ad illū reuertunt, nisi aduersitas cogat: quia p̄spera nō solum a deo separāt: sed dei etiā obliuisci faciūt.

**V**nde nō vacat mysterio q̄ Ephraim & Ma

sap. iij.

Osee.  
E. ir.

SEPTIMA. Fo. lxxl.

nasses yterini fratres fuerint: nam sicut ille fertilitatē, ita hic obliuionē significat. Germana igitur sunt fertilitas & obliuio: & fertilitas omnis obliuiosa est. Sic enim Moyses de populo Israel cecinit dicens. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit: incrassatus, im- pinguat⁹ dilatatus, dereliquit deum factorem: & recessit a deo salutari suo. Et hoc a deo est aptum, vt nō solum Christianis, verum etiā Ethnicis non fuerit occultū. Quidam enim eorū poeta dixit. Ignoræ tantū felicitibus aræ. Et quo magis deum obliuio ni tradunt, eo magis recedūt ab eo. Sed hī quemadmodū Phryges (vt est in puerbio) non nisi plagis emēdatur. Nam aduersitas illorum acuit ingenitū, vt deum agnoscere valeant. Aduersitas illos ad deum ire cōpellit. Sicut enim qui nimia felicitate torpescunt, velut in lento quodam mari, itineris trāquillitate detinent: ita qui aduersis premūtur & illa æquanimiter tolerāt eo citius ad portum p̄ueniunt, quo vehemētius aduersitas flauerit. Filius ille p̄digus cum portionem quæ sibi contingebat accepit, a domo patris recessit, & in lōginquā vitiorum regionem abiit: ibiq; luxuriose viuēs sic pa-

Deut.  
xxxij.

Stati⁹

Luce.  
xv.



HOMILIA

tr̄is oblitus est, vt nūquā illius meminerit. Cōsumpta autem omni subſtātia ſua, cum iam paup̄tate cogente, porcos paſceret, & illis infelicioꝝ eſſet: quippe qui de illorū fili- quis ſaturari non dareſ, ad ſe reuerſus ait. Heu quāti mercēnarij ſunt in domo patris mei qui abundant panibus: ego autem hic fame pereo. Ibo ad patrem meum & dicam ei. Pater peccaui in cœlum & coram te. Hic animaduertere oportet quantum hic filius cum in proſperis erat fuerit elongatus: qui nō ſolum a patre ſed a ſeipſo receſſit. Nunq̄ enim ad ſe fuiſſet reuerſus ſi nunq̄ a ſe receſſiſſet. Sed ſic elongatus: prius ad ſe, deinde ad patrē reuerſus eſt: quia niſi ſe pri⁹ cogno- uerit, deum cognoscere non poterit. Sed nec ad patrē nec ad ſe reuerſus fuiſſet, niſi illū fames coegiſſet. Fœlix ergo illa fames, quæ iſtum ad meliora cognoscenda & p̄qui- rendā compulit. Nam ſi prior illa p̄ſperitas p̄ſeueraiſſet, nunq̄ patris meminifſet ſed eo longius receſſiſſet: quo diutius p̄ſperitas p̄- ſeueraiſſet. At poſtq̄ aduerſitas premere cœ- pit illico ſubſtitit, & acrius deinceps vrgen- te, retrocedere & ad patrē reuerſi fuit co- actus. Talis mihi per omnia Dauid fuiſſe vi-

SEPTIMA. Fo. lxxii.

deſ: & hoc facile quiſq; cognoscet, ſi illius vitæ ordinē retexere, & illius geſta reuolue- re placuerit. Et hoc etiā p̄pheta Nathan il- li impegifſe videtur. Portionē illi datam ex probrauit, cū dei nomine dixit. Ego vnxi <sup>ij. reg.</sup> te in regem ſup̄ Iſrael: & ego te erui de ma- <sup>lii.</sup> nu Saul, & dedi tibi domū dñi tui, & vxo- res dñi tui in ſinu tuo: dediq; tibi domū Iſ- rael & Iuda: & ſi parua ſunt iſta, adiciā & multo maſora. Vidiftis portioem receptā, attendite & videte quo pacto in longiſſimā vitiorū regionem poſtmodū abierit. Nam de hoc propheta illum accuſans ſubdidit. Vriam hethæū p̄cuſiſti gladio, & vxorem illius accepifſti in vxorē tibi: & interfeciſti eum gladio filioꝝ Ammō. Sed p̄ientifſim⁹ deus illum ſic elōgari videns multis illū tri- bulatiōib⁹ p̄mere decreuit: vt vel ſic illum ad ſe redire cōpelleret: & res iuxta votum ſuccellit. Nam cū p̄pheta Nathā dei nomi- ne p̄pter p̄terita peccata illi p̄cēnā impone- ret, dicens. Non recedet gladius de domo tua vſq; in ſempiternū: eo q̄ despexeris me & tuleris vxorē Vriæ hethæi vt eſſet vxor tua. Ecce ego ſuſcitabo ſup̄ te malū de do- mo tua, & tollā vxores tuas in oculis tuis:

## HOMILIA

& dabo pximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis hui⁹: statim ad verborū horum plationem, ad se reuersus dixit. Peccaui domio. Mira calamitatis virt⁹ atq; potētia: quæ valuit Dauīdē ad suorum peccatorū cognitionem sic stimulare: vt ad publicam vsq; peccati confessionē celeriter accurrere cōpulerit. Nam qui antea pspere agēs in tam magna lapsus peccata: & velut alto pressus somno, sui iam deiq; oblit⁹ illa fateri recusauerat: poenarū deinde acerbitate vrgente expgefactus, dolorēq; peccatorum sentiens, clamare coepit & dicere. Peccaui domino. Et hoc est quod in præsenti versiculo ait. Qm̄ die ac nocte grauata est super me manus tua, cōuersus sum in ærumna mea dum cōfigitur spina. Ac si diceret. Labores & tedia quibus me assidue affligis, ad te cōuertī me coegerūt: quia quo magis illa corpus præmebāt, eo magis conscientia mētem affligebat: Et bene cōscientiæ stimulū cōparauit spinæ: qm̄ hæc dum carnī semel infigit, talem ac tam continuū dolorē præbet, vt nūq̄ quiescere sinat quo usq; tollatur a carne: sic conscientia quæ semel animū pungere coepit, nunq̄ a pūctio-

## OCTAVA. Fo. lxxiii.

ne cessabit, quousq; peccatū tollatur a mente. Pungēte autem conscientia, mens tunc erudit̄ interius, vt clarius se & sua peccata, deumq; cognoscere valeat. Attēde igit̄ per quos grad⁹ deus pctōrem qui lōge recesserat, ad se reducit. Primo aduersa illi mittit, his premētibus conscientia accusat: hac vrgente, mens interius eruditur vt sua agnoscat peccata. Dauīd ergo qui prius suū peccatū se tacuisse dixerat: nunc quo pacto ad peccati cognitionē & cōfessionem puenir̄, explicat dicēs. Quoniā die ac nocte grauata est super me manus tua: cōuersus sum in ærūna mea dum configit̄ spina. Manum dei super se grauata dicit: vt duram dei afflictionē ostenderet. Nam quia manib⁹ operamur, illum qui acriter & dure punit manus graues habere dicimus. Sic enim in primo regnō libro legimus, manum dñi fuisse aggrauatā super Philistæos: eo qd dure & aspere afflixerit eos. Quam afflictionē Philistæi intelligentes a deo fuisse inflictam, eo qd arcam dei ab Isracliticis rapuerant, dicebant. Dura est manus dñi. Quod autē ait, die ac nocte esse manū domini grauata sup se, ad ostēdendam pūitionis continuatio-

i. Reg. v.



### HOMILIA.

nem dixit. Nam eo loco, die ac nocte, pro eo q̄ est, assidue, positum est. Dicit ergo afflictionem quæ sibi a deo p̄pter sua peccata inflicta fuit, non solum fuisse acerbam, sed assiduam. Nam p̄pheta Nathan dixit illi, non recessurū gladium de domo illius v̄ q̄ in sempiternū. Et factum est ita. Quoniā aut cum hostibus aut cum filio semper bellum gessit. Assidue ergo illum affligebat: vt assidue ad memoriā peccata sua reuocaret & illorum p̄cūteret. Nam quoties affligebatur, intelligebat se p̄pter peccata sua affligi: & sic p̄cūtis v̄rgentib⁹ peccata sua agnoscebat: illa agnoscens relinquebat & deo exorabat: & sic ad deum magis ac magis quotidie conuertebat. Dolores siquidē & afflictiones corporis cogunt peccatōre peccata p̄terita relinquere & illa confiteri: & tandem ad deum cōuertī. Quod dolores cogant sic a peccatis abstinere, vt nulla deinceps illorū cura habeatur, testatur sapiēs qui ait. Malitia vnus horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ. Nec solum sic obliuiscitur, vt ad similia illis quæ olim commisit peccata, redire non appetat: sed afflictione v̄rgente p̄teritorū etiam p̄cūteret: & quæ

h. reg.  
rij.

Eccli.  
vij.

### OCTAVA. Fo. lxxiiii.

male dulcia prius fuerant, volūate iam in meli⁹ mutata sibi amarefcere incipiūt. Propter quod Heliu apud Iob ait: Increpat per dolorem in lectulo. & omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei sit in vita sua panis: & animæ illius cibus ante desiderabilis. Nomine lectuli tēporales & carnales delitiæ significant, in quibus peccatores iactes ad momētum quiescere videntur. Hinc est q̄ homini illi triginta octo annos in infirmitate habenti saluator dixit: Tolle grabatum tuū & ambula. Iubetur quidē vt id in quo pri⁹ infirm⁹ iacuit, sanatus postmodum supra se portet quia diuino adiutorio a peccato liberatus, carnis afflictiones liberer sustinet, in cuius vitiis prius quieuerat. Et ita fit, vt quod prius delectatiōem præbuerat postea ad dolores & afflictiones seruiat. Voluptas ergo carnis aut alia quælibet temporalis requies, lectulus est in quo caro quiescit: Sed in hoc lectulo increpat deus per dolorē: quoniā peccatores in temporalis vitæ requie existētes, tribulationibus affligit vt suam fragilitatē, & vitæ p̄sentis miserias agnoscētes, suā supbiā deficiāt: & perituras huius mundi delicias fugiant.

Iob.  
xxij.

Joā. v



HOMILIA

Ossa enim qm duriora sunt & robustiora, & carnem ipsam sustentant: quia illis caro innititur ne decadat: eas res significare potest quibus humanus animus innititur: vt suam fragilitatem conseruare & fulcire possit quales sunt diuitie. Nam in huiusmodi rebus peccator spem suam figere consuevit: his suas delicias conseruare nititur: his honores & dignitates augere procurat: quibus sublati nulla ad huiusmodi res habendas est illis spes: quia nihil sine illis in mundo hoc haberi potest. Sic enim quidam eleganter dixit.

Quidam lib. ij. s arte. Aurea sunt vere nunc secula plurimum auro Venit honos: auro conciliatur amor. Ipse licet venias musis comitatus Homere Si nihil attuleris, ibis homere foras. Huiusmodi ossa videlicet diuitias deo marcescere facit, cum per dolore in lectulo increpat: quia cum diuites doloribus & infirmitatibus affligit, docet illum vt cognoscat quod fragiles sint diuitiae huius seculi: quod parum potentes, quippe quae non possint illum a morte liberare: quoniam moritur diues sicut & pauper. Tunc agnoscit diuitiarum impotentiam, cum considerat quolibet numerosam pecuniarum multitudinem non esse satis ad po-

dagrae dolorem vel quicumque alium corporis cruciatum redimendum. Et hinc euenit vt eas ipsas diuitias & delicias quas antea tam anxie cupiebat, postea odiat & infectetur: propter quod subdit. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & anima illi cibus ante desiderabilis. Nam delicias velut amarissimas deserit & execrat, quas antea dulces putans, vt illis satiari posset, magna cum sollicitudine perquirebat. Delectatio enim transitoria panis dicitur. Nam Hieremias propheta vitia Iudeorum defens, ait. Omnis populus eius gemens & querens panem. Dederunt preciosa quaeque pro cibo ad refocillandam animam. Populus ille gemens panem querebat, quia magno cum labore vnde delectari posset, procurabat: dolebatque cum non ad votum deliciae responderent. Sed preciosa quaeque pro cibo dedit: quia omnes animae suae vires expedit, vt concupitis delictis frui posset. Sed adueniente tribulatione fit abominabilis hic cibus ante desiderabilis: quia homo cui prosperitas arridet, latatur & delectatur & ipsa delectatione quasi quodam cibo pascitur. Cum autem aduersis premis, & doloribus frangitur, ipsa eadem delectatio qua antea velut

Tristi.

HOMILIA

cibo reficiebatur fit illi abominabilis: neque aliquid illi præter luctum & lachrymas sapit: quicquid antea dulce videbat, vertitur postea in amaritudinē animæ & corporis. At, quod amarescit, ipsa amaritudine cognita statim ab ore reicitur. Afflictione ergo urgente deserit peccator quas prius anxie perquirebat delicias: ut alias quæ melius sapiant, & non tam cito pereant, possit habere. Et ob hanc causam deus sæpe tribulationes immittit, ut his velut quibusdam stimulis vitia deserere & virtutū viam ingredi cogat. Quod bene in Israelitico populo figuratum est. Hic enim quādiu prosperitas illi arrisit, in Aegypto mansit: postquā vero aduersa tolerauit, exitum meditari coepit. Quid per Aegyptū quæ tenebram significat nisi peccatū designatur, quod mentem lumine gratiæ priuat, & ad terrā tenebram perducit: In hoc Aegypto peccator manet, quādiu prospera blandiuntur: aduersis autē præmentibus peccatū relinquere compellitur. Neque solam hanc habet virtutē tribulatio, ut peccatorū dolorem ingerat sed etiam cōfessionem. Nam peccatorem ut illa sacerdoti confiteatur cogit. Infirmas

Exodi.  
iii.

OCTAVV.

Fo. lxxvi.

enim aut quæuis alia corporis afflictio quæ viam latam ad mortem aperit, est velut tormenta quædam quæ scelerati viri affliguntur ad extorquendam suorum criminū confessionem, quam omnino facere recusant. Cum enim fur aliquis aut illustris latro, qui multorum eiusdem farinae hominum dux extitit & rector, capitur: carcere inclusus tenetur & durissimis vinculis ligatur: qui si de criminibus suis interrogatus, se malum aliquod fecisse abnuat, equuleo suspenditur: aut pedes nudos super ardentis laminas figere cogitur: aut alia simili cruce torquetur: & sic doloribus urgentibus crimina quæ fecit detegit, quæ alio qui celare curabat. Sic etiam huic misere carni contingit. Nam hæc velut fur quidam est, quinque latrunculis, hoc est quinque sensibus imperas: & istorū adminiculo adiuta caro, animam spoliat virutibus omnibus, & multis peccatorū vulneribus percutit. Hi enim sunt latrones illi, de quibus apud Iob legitur. Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes. Nam gratiā & virtutes reliquas, quæ animæ vestimenta sunt, corporis sensus ab anima tollit.

Job.  
xiii.

k iiii

## HOMILIA

cum illam a cōsideratione & amore virtutū  
 abducunt. Vulnerāt insuper cum illam ad  
 maxima vitia impellūt: vt efursetem suū ap-  
 petitū delitiis pascere, ne dicam satiare, pos-  
 sint. Hi sunt illi latrones qui hominē a Hie-  
 rusalem in Hiericho descēdētem spoliāt: &  
 plagis impositis semiuiuo relicto abierūt.  
 Latrones hos ego censeo esse varios sensuū  
 exteriorū appetitus. Inter hos latrones ani-  
 ma versat, cum illis per huius viæ iter am-  
 bulat, quādiu in hoc mūdo viuūt. Hi animā  
 inuadunt & illam spoliāt. Gustus tollit ab-  
 stinentiā, tactus castitatem: auditus patien-  
 tiam cum iniuriosa verba quæ audit menti  
 obicit. Per oculos se fuisse spoliātū sentie-  
 bat, qui dixit. Oculis meus depredat<sup>9</sup> est  
 animā meam. Nec solum virtutib<sup>9</sup> spoliāt  
 animā, sed multis illam afficiūt vulneribus:  
 ita vt semiuiua maneat. Neq; enim mortua  
 est omnino: neq; omni ex parte viuūt. Pars si-  
 quidem eius vna mortua est: pars altera vi-  
 uūt. Partes animæ dico, duas illius portio-  
 nes: portione videlicet superiorē quæ circa  
 æterna versatur: & inferiorē quæ sola hæc  
 transitoria curat. Iuxta hanc inferiorē por-  
 tionē peccatoris anima vsuūt: quoniā & illa

## OCTAVA. Fo. lxxvii.

intelligit & amat, quorum hæc pars curam  
 gerit. Iuxta aliā vero portione mortua est:  
 quoniā nullum illius plene exercet officiū.  
 Neq; enim æterna amat: neq; illa (vt decet)  
 contemplet. Semiuiua igitur manet anima  
 a carne & sensibus eius spoliata: & vulnera-  
 ta. Sed illam semiuiuā relictam caro deserit:  
 cum nullā illius curam habet: nullos pro il-  
 lius salute vult pati labores. Hunc tamē fu-  
 rem, idest carnem deus capit, & carcere &  
 vinculis detinet: cum illam tali affligit mor-  
 bo: vt in lecto iacens, non possit ab vno in  
 alterum locū moueri. Durus quidē hic car-  
 cer & nimis acerbis, qui omnē corpori sic  
 adimit libertatē: vt nequaquā ab illo recedere  
 valeat. Captum illum deus ad suorum pecca-  
 torū cōfessionem vocat: quam quia facere  
 renuit, deus tormētis agere decernit, cum  
 illū vehemētissimo aliquo dolore, aut ardē-  
 tissima febrī, aut acerbissima pleuresi, aut  
 vrgentissima dissenteria torquet. Cur hoc?  
 Certe nō ob aliā causam facta hæc esse cre-  
 dēdum est, q̄ q̄ huiusmodi cruciatib<sup>9</sup> deus  
 voluit ab illo peccatore omnīū peccatorū  
 quæ fecit cōfessionē extorquere, vt crimi-  
 na sua fateat: socios in crimine prodat. An



### HOMILIA

solus fuerit carnis appetitus: an oculus adiuuerit: an auditus etiam non nihil fecerit: an pedes sint comitati: an man<sup>9</sup> aut reliqua corporis mēbra sint aliquid operata. Neq; deus his mediis suo frustra<sup>t</sup> consilio. Nam experientia docente cognouim<sup>9</sup> multos esse sceleratissimos viros, in multis criminibus induratos, qui cum grauiter infirmantur, vltro ad peccatorū confessionem accelerant. Vnde propheta in quodam alio psalmo ait. Multiplicatae sunt infirmitates eorū postea accelerauerūt. Et rursus in alio psalmo de Iudaeorum duritia loquens, ait. Cum occideret eos quarebant eum, & reuertebatur: & diluculo veniebant ad eum. Et quo res haec omnib<sup>9</sup> sit apertior: non alios sed seipsum Dauid in exemplū proponit. Quonia<sup>m</sup> die ac nocte, iquit, grauata est super me manus tua: cōuersus sum in aruina mea dum configit spina. Vel vt alia translatio habet) dum cōfringitur spina. Quae verba huic nostrae sententiae magis conueniunt. Nam spina, os illud est quod a collo vsq; ad nates per totū dorsum descendit. Et in hui<sup>9</sup> spinæ cōfractioe eam corporis infirmitatē significauit, per quā corp<sup>9</sup> omīno

ps. xv.

psal. lxxij.

### NONA. Fo: lxxviii.

deiectū est. Dum ergo spina confringit, ille cōuersus est: quia dum corp<sup>9</sup> hoc, tediis & laboribus, & infirmitatib<sup>9</sup> frāgitur, anima ad salutē puenit. Nunc ergo peccatores intelligite & stulti aliqui sapite: cum labores & dolores & infirmitates vobis aduenerint: considerate peccata v<sup>ra</sup> & agnoscite vos a deo velut clemētissimo patre ppter illa flagellari: non tamē frustra, sed vt corrigamini, & vestros perditos mores emēdetis. Si dolores fuerint nimis acerbī, agnoscite torturā esse quā vobis infligit, vt ad peccatorū vestrōrū confessionē vrgeat. Quā si digne feceritis, & peccata vobis dimittet, & gratiā conferet. qua gloriā possitis assequi sempiternā per merita dñi nostri Iesu Christi: qui cum patre & spīritu sancto viuūt & regnat in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA NONA.

Delictum meū cognitū tibi feci.



Ostē confessionis necessitatē indicauit, nūc qualē illam esse oportet, vt per illam peccatorum remissio impetrari valeat explicat, dicens. Delictum meum cognitū tibi feci.

HOMILIA

In quibus verbis duo ad veram confessionē  
summe necessaria aperuit. In cōfessione si-  
quidem peccata sunt reuelāda nō virtutes:  
& ob hanc causam dixit, delictū. Peccata  
autem ppria solum reuelāda sunt non alie-  
na, ideo addit, meum. Et ante omnia prius  
discutere oportuit, quid nomine delicti in-  
telligat: quoniā non sunt prorsus idem deli-  
ctum & peccatū. Quod cum ex multis scri-  
pturæ locis, tum ex eo potissimū constare  
potest, q̄ in libro Leuitico alia lex hostiæ  
pro peccato sancit: atq; alia pro delicto. Quis  
uis inter vtrāq; de hoc cōueniat, q̄ vtrāq;  
ad sacerdotē ptinebat, qui eam obtulerat.  
Nam ppter hoc solum ibidem dictum est.  
Vtriusq; hostiæ lex vna erit, ad sacerdotē  
qui eam obtulerit pertinebit. Non quidem  
q̄ in omnib⁹ eadem prorsus sit lex harum  
duarū hostiarum pro delicto scilicet & pro  
peccato: quia in aliquib⁹ discernunt. Sed in  
hoc vere est vna vtriusq; lex qđ subiungit:  
quia scilicet hæc & illa ad sacerdotē ptine-  
bat qui eā obtulerat. In aliquib⁹ tamē alijs  
distinguit, propter quod a multis doctori-  
bus anxie sat & scrupulose quæsitū est quid  
inter peccatū & delictum intersit. Et quidē

Leuiti.  
vij.

OCTAVA. Fo. lxxin.

de hac re alii aliter senserūt. Quis autē eo-  
rum rectius dixerit diffinire non audeo: &  
(vt igenue fateor) nescio. Apud Latinos for-  
te vnum ab altero nō differt: sed sola est vo-  
cum varietas, nō itē significationū. Qui  
autem linguam hebraicā optime callent di-  
cunt longe aliter esse apud hebræos: apud  
quos duo illa tam nomine q̄ significatione  
distinguitur. Et decreui singulorū referre  
opiniones: vt eam quæ magis illis placuerit  
quisq; eligere possit. Quidam enim censent  
delicta esse quædam peccatorū initia, cum  
tacita cogitatio subrepat, nobis etiā ex ali-  
qua parte cōniuentibus, quæ tamē nō dum  
nos ad ruina impulit. Et ob hanc causam  
a Dauide alibi dictum esse putant. Delicta  
quis intelligit: quia scilicet difficile sit radi-  
ces & origines peccatorū intelligere. Pecca-  
tum vero illud esse dicunt, cum aliquid iam  
opere consummatū est. Ita sentit Hierony-  
mus in cōmentarijs super primū caput epi-  
stolæ ad Ephesios. Aliter tamen sentit Isi-  
chius qui in cōmentarijs super Leuiticū nō  
semel docet delicti nomine significari ma-  
gnū aliquod crimen: quale est illud qđ aper-  
te deū oppugnat. Nam hoc difficile veniā

Id est  
Fvij.

Hieronim⁹

Isidori⁹



HOMILIA

1. Re. j. habet. Sic enim Heli sacerdos filios suos do-  
cuit, dicens. Si peccauerit vir in virū placari  
potest ei deus: si autem in dñm peccauerit  
vir, quis orabit pro eo? Tale igitur pec-  
catum quo peccat in deum Ischi⁹ arbitra-  
tur dici delictum: reliquū quod nō est tam  
graue putat dici peccatū. Augustinus autē  
in quæstionib⁹ super Leuiticū diuersus est  
ab utroq; immo a seipso. Nam duas refert  
ibidem sentētias: nec sibi cōsciū est quam  
sequi oporteat. Semel enim censet delictū  
dici, cum quis bonum id quod facere tene-  
batur deserit: peccatū vero, cum id quod  
faciendū non erat, facit. Deinde rem ipsam  
curiosius inuestigās, dicit delicti nomine si-  
gnificari id quod per imprudentiā male ac-  
tū est: quod vero quis sciens agit, pecca-  
ti nomine intelligi vult. Ad quod psuaden-  
dum affert testimoniu ex psalmo. lxxviii. vbi  
sic ait Dauid. Deus tu scis insipientiam meā.  
Et eandem sententiā aliis verbis explicans  
continuo subiicit. Et delicta mea a te non  
sunt abscondita. Delicta hic dixit quæ per  
insipientiam facta sunt: & quæ prius dixerat  
insipientiā. Cui consonare videt quod apo-  
stolus Paul⁹ ait. Si præoccupat⁹ fuerit ho-

Augustin⁹

psalmi. lxxviii.

Paul⁹ gal. v

NONA. Fo. lxxx

mo in aliquo delicto. Præoccupatū dixit, p  
eo, quod est imprudenter lapsus. Sic autē  
lapsus in delicto præoccupat non in pecca-  
to: quoniā peccatū esse in sciente beatus Ia-  
cobus testatur: qui peccatū quasi definiens  
ait. Scienti igitur bonum facere, & non fa-  
cienti peccatū est illi. Ecce variam multipli-  
cemq; de significatione delicti sententiā.  
Ego vero neq; vnā neq; alterā mordicus  
tenere ausim. Neq; meum est inter hos tā-  
tas componere lites: credo tamen firmiter  
delictū a peccato per aliquid separari: pro-  
pter id qd in Leuitico de lege hostiæ p deli-  
cto faciēda dicit. Sicut pro pctō offert ho-  
stia ita et p delicto. Vtriusq; hostiæ lex vna  
erit. Nisi enim aliqđ esset inter illa discrimē  
non ita scriptura loqueret̄ vt diceret. Sicut  
pro pctō offertur hostia, ita & pro delicto.  
Cū autem subiūxit: vtriusq; hostiæ lex vna  
erit: apte indicauit qd peccatū & delictum  
non solo nomine sed etiā significatione di-  
stinguant̄. cum nō prorsus eādē pro illis  
hostiam fieri iussit, sed aliquo modo diuer-  
sam. Quomō autē accipiendū sit qđ dicit.  
lex vna erit, iam pxime docuim⁹. Manife-  
stum est etiā illud quod per pphetam Eze-

Jaco. iij.

Austriis opinio.

Leuit. vii.

HOMILIA

**Esch.** chielem dicis. Et in vestibulo portæ, duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde: vt immoletur super eas holocausti: & pro peccato & p delicto. Si nullum esset inter peccatū & delictum discrimē, inanis fuisset repetitio, post mentionē de peccato factam cōtinuo subiungere, & pro delicto. Cum autem nihil sit in dei sermone superfluum cōuincit aliquod esse inter illa discrimen. Siue tamen hoc sit siue illud peccati & delicti discrimē: hoc tamē certum est, illa frequētissime in sacris literis confundi: ita vt indifferēter vnū pro alio sapissime ponat. Nam illud est manifestum, quod domin⁹ apud Mathæū ait. **Mat. xxvi.** Hic est sanguis meus noui testamēti qui p multis effundet in remissionem peccatorū. Nullus tamē erit tam demens, vt dicat per Christi sanguinē peccatū dimitti, non autem delicta. Nec illud obscurius est testimonium quod Ioānes in epistola ait. Sanguis Iesu mūdat nos ab omni peccato. Et in Apocalypsi. **Apo. i.** Qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Constat enim q̄ peccati nomine omnē culpā intelligi voluit, a qua fideles Christi sanguine mundantur. Et (vt omnia alia p̄termittamus) illud

NONA. Fo. lxxxj.

est tam manifestum vt nulla possit tergiverfatiōe obfufcari, quod dominus apud Mathæum ait. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem nō dimiseritis hominibus: nec pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra. In quibus verbis apertissime constat illa eadem vocari peccata: quæ eodem verborū cōtextu prius dixerit delicta. Et ita colligimus peccatū & delictum indifferēter pro quolibet reatu positum esse. Sic etiā in præsentiverfu cum **Dauid** ait: delictum meum cognitum tibi feci, de qualibet culpa intelligere debemus: & nō de solo illo delicto qd̄ diuiditur a peccato: pro quo alia (vt dixim⁹) hostia lege precipiebatur offerri. Hoc autem ita esse, translationum varietas apertissime cōuincit. Nam pro eo q̄ nos habemus, delictū meum, beatus Hieronymus iuxta Hebraicam veritatem trāstulit: peccatū meum. Adeundem modum transtulit Pagninus Lucensis. Hebraice linguæ callentissimus. Neque ab illis in hac parte dissentit Ioānes cāpensis trāstatio, viri etiam in hebraica lingua abūde docta. Ex qua translationum varietate colligi-

HOMILIA.

mus Dauidem in hoc versu, nomine delicti omnem culpam intellexisse, cū ait. Delictū meum cognitum tibi feci. Hoc igitur semel facto fundamento verba illius discutiamus & videamus quid sibi velit quod ait. Delictum meum cognitum tibi feci. Nunquid non deus cognoscebat Dauidis delictum? Nunquid deus vt nostra cognoscat delicta opus habet confessione nostra: ita vt nobis tacētibus ipsum ignorare sit necesse? Absit hoc a cordibus fidelium. Omnia enim nuda sunt & aperta oculis eius: non solum bona: verum etiam & mala: quoniam oculi eius contemplantur bonos & malos. Quomodo ignorabit aliquid ille qui vocat ea quæ non sunt tanq̄ ea quæ sunt? Qui autem ea quæ nō sunt proprio nomine vocat, anteq̄ facta sunt, iam illa nouit. At fieri non potest vt quæ facta sunt nesciat: qui illa anteq̄ fierent nouit. Scit igitur deus omnia quæ in homine sunt: & videt illa multo perfectius & acutius quam spiritus hominis qui est in ipso met. Nec solum videt ea quæ foris patent, sed ipsos etiam secretissimos cordis recessus inspicit. Nam oculus illius penetrabilior est omni gladio ancipiti: quippe

Rom.  
iii.

NONA: Fo. lxxxii.

qui ipsas etiam cordis medullas penetrat. Et hoc ipsum Dauid alibi fatetur dicens. Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea a te nō sunt abscondita. Cur ergo Dauid ait: delictum meum cognitum tibi feci: si antequam ille suum fateretur peccatum, deus iam illud sciebat? Præterea si deus nobis etiam tacētibus peccata nostra optime noscit: quid opus est nos ea per confessionem illi referre? Scit quidem deus peccata nostra: nos tamen ira illi ea dicimus, ac si ignoraret. Ac proinde cum peccata nostra narramus: tunc illa deo cognita facere dicimur: quia eo modo referimus, ac si ille antea ignorasset: & ex nostra relatione ea scire deberet. Et hoc est qd̄ Dauid ait. Delictum meum cognitum tibi feci. Ac si diceret. Sic tibi meum delictū manifestauī, & coram te confessus sum, ac si tibi ignorantī illud cognitum facere debuissim. Et ad hunc modum facere nos debemus, vt peccata nostra quamlibet manifesta, quæ etiam sunt confessori notissima, illi per confessionem sic referamus, ac si illi fuissent prorsus ignota. Nec inanis & superflua est ista peccati publici &

¶ Stat.  
lxxvii.



## HOMILIA

cogniti confessio. imo sic necessaria, ut sine illa peccatum non possit ab solui. Quāuis enim iudex qui de forensibus causis iudicat, aliquid priuatim sciat, non tamen id satis esse censetur ad sententiam dicendam, quousq; id tanq̄ iudex & publica persona nouerit, hoc est, per testes qui sibi rem alioqui notam referant. At sacerdos (ut in alio sermone superius me dixisse memini) iudex est: qui ex dei cōmissio sententiā dicit: poenitētem de peccatis suis aut soluens aut ligans. Ut igitur sacerdos recte suo fungatur officio sententiā proferens, summe necessarii est, ut testes ad hoc idoneos prius inquirat & exploret, poenitētis scilicet conscientiam quæ sola pro mille testibus ualet.

Quo fit, ut omne peccatū quantūlibet sacerdoti ante cōfessionem manifestum, sit illi in cōfessione referēdum, ut iustam de illo sacerdos possit ferre sententiā dimittens aut retinens. Est adhuc aliud propter quod nō est putanda inanis & nullius momenti, hæc publici peccati confessio, sed magni momenti. Nam cum peccatum ipsum poenitēs narrat, & se de illo accusat, rubore suffunditur: quoniam et si peccatum sit aliunde no-

## NONA. Fo. lxxxiii.

tum, cum tamen res mala sit, quoties illius refricatur memoria, toties auctorem illius inuadit uerecundia: & hæc magis peccatorem cruciat cum se coram homine, quam cum coram deo accusat: quoniam carnalis homo plus hominem ueretur quam deum. At pudor & erubescencia malī non minima est peccati cōpensatio: nec minimum etiam salutis indicium. Propter quod sapienter mihi dixisse uidetur. Mitio ille Terētianus, cum ait. Erubuit, salua res est. Quāuis igitur peccatum sit sacerdoti manifestum, semper est illi in cōfessione referendum: quoniam & necessaria & utilis est talis peccati confessio. Nam propter hanc causam. Dauid deo, cui omnia quātūuis secreta sunt manifesta, peccatum suum coram propheta Natham factus est, dicens. Peccaui. Et quia tūc illud quod diu ante celauerat, manifestauit, ideo nunc dicit. Delictum meum cognitum tibi feci. Delictum in quā, no meritum: quia non est locus meritorum narrationis in confessione. Peccata quidem sunt in confessione enarranda non merita: uicia non uirtutes. Non est opus, ait Christus saluator noster, bene ualentibus medio, sed male ha-

Comedia, iij



### HOMILIA.

bentibus. Et qui male habent, non omnes sui corporis partes cyrurgo detegunt, sed eas solum quæ male valent: quæ autem bene non ita. At virtutes & merita bene habent. Nos enim, deo seruante, cum Luthero non deliramus qui ait. In omni opere bono esse peccatum. Si enim in omni opere bono esset peccatum non esset inutile, imo forte necessarium, illa omnia simul cum aliis peccatis sacerdoti tanquam medico per confessionem detegere. Sed quia multa sunt opera in quibus nullum inesse peccatum catholica sentit ecclesia, ideo de talibus nos etiam sentimus illa non fore cõfitenda. Nam cū illa bene habeant (iuxta saluatoris sententiam) non est illis opus medico. Nec tamen nos ita hæc a confessione separamus, vt nullatenus liceat illa in confessione referre: quoniam si aliqua subsit dubitatio: & velit pœnitens de illis sacerdotem consulere, bene aget. Si autem sine vlla spe fructus inde sequendi refert, eo casu interdicitur illi suorum meritorum, si quæ forte præcesserunt, manifestatio. Propterea qd̄ periculum est, ne illa enarrans insoleat, & ina-

*Dequit in  
seruum*

### NONA. Fo. lxxxiiii.

nem quandam & momentaneam captet gloriam: & sic meritum perdat. Nam (vt Greg. quidam sanctorum sapienter dixit) de predari desiderat, qui thesaurum publice portat. Vitia autem quia non recte valent, opus est ea detegere medico, vt videat, qualem illi oportet adhibere medicinam. An leuia fomenta valeant illis mederi: an opus sit acerbis: an adustione indigeant: an infectio sit necessaria. De leuioribus autem peccatis quæ venialia dicuntur, eo quod facile veniam impetrare valent, ab aliquibus dubitatur, an sint necessario in aurem sacerdoti dicenda. Et quidem de hac re mihi illa non probatur sententia, quæ astruit illum ad venialium confessionem teneri, cui lætalia crimina defunt. Nam cum morbus quem ex illis anima contrahit, tam leuis sit, vt nunquam illam in vitæ discrimen perducere valeat, nulla subest causa propter quam illasint sacerdoti tanquam medico reuelanda. Non enim opus est in leuissimo quoq; morbo medicum consulere, nec propter leuissimam aciculæ punctio-nem accersere cyrurgum. Neq; etiam



### HOMILIA.

propter sola peccata venialia oportet accedere ad sacerdotem, qui medicus est animarum: quoniam haec tam leuia sunt, ut tantillum charitatis minuerenon valeant, tantum abest ut possint illam prorsus extinguere. Nam propter hoc solum per sapientem dictum esse constat. Septies cadit iustus & resurgit. Fieri enim non poterat, ut iustus diceretur qui cadere. id est peccare memoratur: nisi quia de venialibus loquebatur peccatis sine quibus nec iustorum quisque esse in hac vita potest. Praeterea venialia peccata tam multa sunt in omni iusto, ut difficile sit, imo forte impossibile omnium recordari. Et hoc facile est conicere ex eo loco quem proxime nunc ex sapiente citauimus. Septies cadit iustus. Quoniam eo loco (ut ego censeo) determinatum numerum pro infinito & indeterminato posuit sapiens: sicut solene est in sacris litteris, unum pro altero substituere. Et propter hanc causam iusti omnes toto terrarum orbe diffusi (ut Augustinus docet) deum quotidie orant dicentes, Dimitte nobis debita nostra: quia sine leuibus quotidianisque peccatis vita haec a nullo qualibet iusto (christum & eius virginem matrem semper exceptos esse

752o.  
xxiiij.

### NONA. Fo. lxxxv.

vellem) transigi potest. Si ergo tam numerosa est peccatorum venialium multitudo, ut fere sit impossibile aliquam memoriam quamuis tenacissimam & capacissimam, quamlibet etiam refricatam omnium illorum recordari, credere par est deum ad illorum confessionem minime nos obligasse: qui (ut catholica sentit ecclesia) nemini unquam praecipit impossibile. Haec tamen de his quae certo constat esse venialia dicta esse velim: quoniam illa de quibus dubius est animus, an sint leuia aut grauia: an venia digna aut morte, constanti animo asseuero illa esse sacerdoti reuelanda: ne se periculo subiiciat, ut si forte laetalia sint remedio confessionis careant. At omne tale periculum summe fugiendum esse admonet sapiens cum ait. Qui amat periculum peribit in illo. Si vero talia sunt peccata ut illorum leuitas apertissime dignoscat & clarissime pateat, haec non habent opus ad veniam impetrandam vocali confessione. Si tamen quis illa ultro confiteri voluerit, bene aget. Sic enim viri iusti & timorati, qui culpam saepe timet, ubi culpa non est, de his leuibus & minutis se quotidie coram deo accusant, & illa sacerdoti confitent: quoniam & si leuia sint & par

Ecclesi  
liij.



HOMILIA

Eccl. xix.

ua, metuūt tamen ne viam ad grauiora & maiora aperiāt. Nam (vt ait sapiēs) qui parua negligit, paulatim decideret. Quāuis enī peccata quæ venialia dicūtur mortem non inferāt animā, parant tamē viam ad illam.

Esai. xliij.

Quoniā (vt est apud Esaiam) de radice colubri egreditur regulus. Coluber nō est tam nociuus, vt omīs quē ille tetigerit aut morderit necesse habeat perire. At regulus tam venenosus esse dicitur, vt solo visu interimat. Per hunc graue aliquod peccatū merito intelligi potest: quoniā peccatū hoc (vt

Jac. i.

beatus Iacobus ait) cum consummatū fuerit generat mortē. Nomine colubri leue ali quod peccatū significat. Ex radice tamen huius (vt Esaias dicit) regulus egreditur: & ex peccato veniali facilis est ad mortale progressus. Quis dubitat nudū multiloquiū non esse letale crimen? At sapiēs de illo loquens ait. In multiloquio non deerit peccatū.

Puer. f.

Deinde omnes fatentur ocium non esse letale peccatū, eo præsertim tempore quo quis nihil agere tenetur. Multam tamen malitiā (iuxta dictum sapientis) docuit ociositas. Qui ergo a verbis ociosis non cauet, cito noxia quæ loquitur. Minor culpa sæpenumero

NONA. Fo. lxxxvi.

maioris est parēs. Nemo repente fit sumus. Nam suos etiam habet gradus vitia, quem admodum & virtutes, per quos a minore ad maius progrediuntur: & dum minoribus non obstitimus, maiora incautos nos opprimunt. Si ergo a grauioribus tuti esse cupimus, oportet vt prius minora deuitemus. Si enim Dauid in solario domus suæ deambulans, statim cum ad aspectum Bersabee titillatio nem carnis & pruritus sentire cepit, oculos ab illius conspectu auertisset: si primam carnis sollicitationem compescuisset, nunquam tam graua crimina commisisset. Sed quia oculos scandalizantes (iuxta dictum saluatoris) a se abscindere noluit, prolapsus est in adulterium, & inde in homicidium. Quia colubrum occidere noluit cum potuit, ex illius radice egressus est regulus. Hæc diximus, vt quis non putet venialia peccata quæ leuia sint esse prorsus contemnenda. Sed nec tantum etiam sunt facienda, vt credantur esse sic necessario in confessione dicenda, vt absque illa veniam impetrare non possint. Hactenus de primo ad veram confessionem exacto. Huius autem proximum est: vt sua quisque peccata sic prodatur, vt aliena taceat. Nam Dauid sua peccata

Mat. v.



HOMILIA

se fuisse cōfessum ait, non aliena: Delictum meum, inquit ille, cognitū tibi feci. Meum (in q̄) non alienum. Et in alio psalmo eandē sententiā repetens, ait. Deus vitam meam annūciaui tibi. Meam, inquit, non alienam. Et rex Ezechias apud Esaiam de p̄meditatione suorum peccatorū loquens, ait. Recogitabo tibi om̄es annos meos in amaritudine animæ meæ. Meos, dixit, non alienos. Propria peccata sunt cōfitenda: aliena vero reticenda. Cum enim cōfiteris, de salute animæ tuæ agis, non alienæ. Esto velis de alterius salute esse sollicitū, nihil tamen hac tua cōfessione illi prodesse poteris: quoniā sua quisq; confessione saluat, non aliena. Si igitur illi⁹ salutī non p̄dest, obest autē multū famæ illius: cōuincitur, vt mala sit alieni peccati reuelatio. Quo fit, vt qui sic aliena peccata in cōfessione pdit: dum se a peccatorū laqueis absolui curat, magis se inuoluat. Verum hic admonere oportet, vt nullus ista sic absolute & in vniuersum dicta esse censeat, vt nunq̄ alienum peccatū reuelā dum esse putet: qm̄ si peccatum pprium sic fuerit alieno coniūctum, vt vnum sine alio reuelari nō possit, tunc erit necessariū con-

ps. lv.

Esaię. xxxviii.

admon.

NONA. Fo. lxxxvii.

fiteri alienū perinde ac pprium. Vt si pater coierit cum filia, nullus eorum potest peccatū pprium sacerdoti detegere, quin etiā alterius qui fuit in crimine particeps, peccatū detegat. Simile etiā est, cum peccatū aliquod tale esse cōtingit, vt etiam cum ab alio fuerit cōmissum, velut tuum sit necessario cōfitendum: quia scilicet tuo aut imperio aut consilio aut alia quauis occasione tali per te oblata, quæ sola alium traxit in peccatū, ille peccauit. His tamen & similib⁹ casibus p̄nitentē moneo, vt talem sacerdotem summa etiā cum diligentia querat, qui sui criminis consortē non noscat: cui cetera alterius famæ læsionē peccatū suum cōfiteri possit. Si autem sacerdotē talem se assequi nō sperat: melius est vt suum simul & alienum peccatū sacerdoti in cōfessione reuelet quam alienū simul & suum taceat. Sic enim om̄is p̄nitens debet aliorū famæ in confessione consulere, vt cōscientiam propriam ab omnib⁹ suis peccatis mūdare nō omittat. Si tamen alterū est necessario deserendū: præstat omnia peccata cōfiteri, vt cōsciētia ab omnibus mūdetur peccatis, q̄ alterius famæ prospicere. Si vero vtrūq; sic

et.

aliud.



HOMILIA.

ri potest, vt scilicet sua peccata cōfiteat, & alterius famam non lædat, peccatū sine dubio graue cōmittet, qui alterius peccatū in confessione detexerit. Sed si ita peccat pœnitens qui aliena reuelat, multo graui⁹ peccabit sacerdos qui a pœnitēte de alienis peccatis interrogat: aut de propriis sic curiosè inuestigat & inquirīt, vt possit inde aliena cognoscere. Hi enim cōfessoris officio abutunt: qm̄ cum sit illis data potestas in ædificationē, ipsi illa vtūtur in destructionē. Potestas enim est illis data, vt peccatorē a peccatis absoluāt: ipsi vero se & illos magis peccatis inuoluūt: & cum deberent pœnitentē a peccatorū maculis mundare, magis se & illos inficiunt: qm̄ non solū a peccatis non reuocant peccatorem, sed illa facere suadent quæ fecisse peccatū est. Quisquis igit peccata sua cōfiteatur, & illorum confessionē deo gratam esse cupit, sic sua referat sacerdoti, vt aliena reticeat. Et si sacerdos (quod absit) a deo imprudens & impudens fuerit, vt de alienis etiam interrogare nō erubuerit, pœnitens sit illo cauior, & prudentior: & dicat, secretū meū mihi: & ad illi⁹ ineptam interrogationem nullo pacto respondeat;

DECIMA: Fo. lxxxviii.

Quia pro se, & non pro alio pœnitentiam agit, ideo sua & non aliorum peccata confiteatur: & sic a deo suorum peccatorū remissionē impetrabit: per meritū dñi nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in sæcula sæculorū. Amen.

HOMILIA DECIMA.

Et in iustitiā meam non abscondi.



Eus qui perfectus est, sic omnia opera sua uult esse perfecta, vt nullum opus incipere uelit quin illud usq; ad consummationē perducatur. Sic enim de illo Moyses cecinit dicens. Dei perfecta sunt opera. Nihil unquā imperfectum relinquit. Cum enim mundum hunc create cœpit, non cessauit ab opere quousq; illud absoluūt. Nam perfecti sunt cœli & terra & omnis ornatus eorū. Compleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat. Cum alicui medetur, aut omnibus illius animæ morbis medet, aut nullis. Cū aliquē sanat integre sanat, ipsomet testante, qui ait.

Dent. xxxij.

Gen. ij.



### HOMILIA

Joan. vii.  
*Augustin.*  
Totum hominē sanum feci in sabbato. At cum medicus nunq̄ vulneri alicui medeat quod fuerit illi celatum, oportet vt qui ab omnibus suorum peccatorū vulneribus sanari optat, omnia sacerdoti reuelet, & se corā illo de omnibus accuset. Nam (vt beat⁹ Augustinus sapienter dixit) impiū est a deo dimidiam sperare veniā: aut enim omnia peccata cōdonat, aut nullum. Vt igitur peccator per cōfessionē possit omnium peccatorū suorū impetrare veniā, summe necessariū est, illum omnium pœnitere, & se de omnibus coram sacerdote accusare. Nam si vnum solum placuerit, aut etiā si displiceat illud nō fuerit confessus, hoc solum obitare potest quo min⁹ reliqua remittant. Oportet enim integram esse peccatorū cōfessionem: vt integra & perfecta sit etiā peccatorū omnium remissio. Et ob hāc causam Dauid qui peccatū suum se fuisse cōfessum dixerat, vt exactam & consummatā suam cōfessionem ostēderet, subiūgit. Et iniusticiā meam nō abscondi. Ac si diceret. Delictum meū sic plene tibi cognitū feci, vt nihil mihi conscius fuerim, quod tibi non reuelauerim. Intelligebat enim Dauid inanē prorsus & nullius

### DECIMA. Fo.lxxxix.

momenti esse illam cōfessionem per quam pars detegitur, & pars peccatorū celatur. Nam infirmus qui medicum consulit, omnem illi morbum manifestare debet, vt aptam suis morbis medicinā recipere valeat: alioqui si illorum aliquem celauerit, eueniet fortasse, vt (si variis diuersisq; morbis laborare cōtigerit) quod medicus vni parauerat antidotū, alteri qd celatum est maxime noceat: eo q̄ morbi ipsi inter se dissident: ita vt vnū a calore, aliud a frigore ortum habeat. Quod enim iecori prodest, hoc spleni obesse est manifestum. Ad eundem modum, per omnia cōtingit in spiritualib⁹ animæ morbis, qui sunt peccata & vitia. Non enim inter hęc omnia semp cōuenit: immo illorū multa inuicē pugnant. Auaricia siquidem pugnat cū supbia & inani gloria. Nam popularis hęc fauor & inanis aura sapissime orit̄ ex prodiga quadam pecuniarū effusione: qm̄ illi qui immodice & plusq̄ liberaliter suas diuitias expēdunt, ab insano vulgo laudari solent. At huic vitio non cōsentit avaritia, que plusq̄ decet pecunias cōgregat, & cōgregatas sine vllō fructu seruare nititur. Cum ergo tanta sit inter ipsa vitia cōtrarie

## HOMILIA

tas, sepiſſime euenire eſt neceſſe vt medi-  
 cina qua vni peccato mederi poſſet aliud pec-  
 catum pariat & nutriat. Ne igitur hoc eue-  
 niat, ſumme neceſſariū eſt omnia peccata ſa-  
 cerdoti detegere, vt ille om̄ibus mederi poſ-  
 ſit. Et quia nō ſolum peccata ſed peccatorū  
 occaſiones vitare tenemur, præſertim illas  
 qua vehementer ad peccatum impellūt: &  
 qua latā portā peccato aperit. Ideo ſum-  
 mam cautelā adhibere debet ſacerdos, ne  
 dum peccatorē ab vnius peccati occaſione  
 auertit, illum in alteri⁹ grauioris peccati oc-  
 caſionem ptrudat. Eo enim caſu nō eſt de-  
 terrēdus peccator ab occaſiōe minoris pec-  
 cati, ſed admonēdus vt cauti⁹ viuat, & for-  
 ti⁹ deinceps contra id vitium agat, verbi  
 gratia. Si quis mercaturā exercens, inde oc-  
 caſiōes mendaciū & fraudis capiat, q̄ multa  
 ſimilia in ea arte dicātur & fiant: nō ppter  
 ea eſt ille ſtatim a mercatura auocādus, ſi il-  
 la deſerta furti aut adulteriū aut cuiuſuis al-  
 teri⁹ grauioris peccati occaſio illi miniſtreſ.  
 Sed huic laudanda eſt veritas & mēdacium  
 exprobrādū: alliciēdus eſt ad veritatis amo-  
 rem: qua melior eſt argento & auro & reli-  
 quis om̄ibus terrenis diuitiis: & ideo pro to

## DECIMA. Fo, xc.

to mūdo nedum pro vno aut duobus duca-  
 tis, non eſt mentiēdum. Nihil enim prodeſ-  
 ſet illi totum mūdum lucrari ſi animæ ſuæ  
 detrimētum pateret. Docendus eſt ille, q̄  
 melius eſt modicū iuſto ſuper diuitias pec-  
 catorū plurimas: q̄ ea qua mēdaci⁹ & frau-  
 dibus acquirūtur, etiam ſi multa & magna  
 ſint, cito minuūtur & pereunt: qua autem  
 iuſte habita ſunt, etiam ſi pauca & minima  
 ſint, deo iuuante quotidie augent. His & ſi-  
 milibus verbis ſacerdoti conuenit mercato-  
 rem illum in veritatis amore firmare, & cō-  
 ſtantem facere: non tamen expedit illum a  
 mercatura auertere, ſi conſicit inde aut fur-  
 ti aut adulteriū aut cuiuſuis alterius grauior-  
 is delicti anſam præberi. Nam quāuis pec-  
 catorū occaſiones ſint vitandæ, (ſicut Pau-  
 lus docet abſtinēdum eſſe ab om̄i ſpecie ma-  
 li: ) ſi tamen illa occaſione ſublata, aliud ma-  
 ius imminet periculum: toleranda eſt talis  
 occaſio, & anim⁹ in virtute firmādus: & cau-  
 tior efficiendus, ne ex illa occaſione in vi-  
 tium labatur. Sic enim facit peritus medic⁹  
 qui periculoſiori morbo ſuccurrit, cæteris  
 neglectis qui non tam male minātur. Et p-  
 pter hanc cauſam (vt alias interim omittā)

*i. theſ.  
 iij.*



HOMILIA

omnes sancti censuerunt sacerdotē doctum  
 & expertū summa etiā cum diligētia esse in  
 quirendū pro peccatorū confessione facien  
 da: talem scilicet qui sciat omnīū peccatorū  
 merita & causas agnoscere: & illis cognitis  
 possit omnibus sine alicuius laesione mederi.  
 Verum etsi ille sapiētissim⁹ sit, illis omnibus  
 mederi non poterit, nisi peccator illi omnia  
 sua peccata dixerit. Reuelanda sunt ergo  
 omnia peccata sacerdoti per cōfessionem: vt  
 ille omnibus cōuenientem medicinā adhibe  
 re possit. Alioquin si vnū dūtaxat celauerit,  
 illud obstabit ne aliis peccatis possit ad sa  
 lutem prodesse cōfessio: quoniā (vt beatus  
 Chrysostom⁹ homilia tertia sup Mattheū  
 ait) confessio est quasi quoddā latentis con  
 scientiæ testimoniū & exemplar: quā laten  
 tes suos affectus quos nemo videre potest,  
 vocibus per confessionē manifestat: & quē  
 admodum deo in secreto cordis se peccasse  
 fatet, ita vocibus sacerdoti. At vera non fit  
 deo confessio, nisi de omnibus quæ egit, do  
 leat, & omnīū peniteat & se de omnibus co  
 ram deo accuset. Vnde Ezechias rex apud  
 Esaiē. Esaiam ait. Recogitabo tibi omnes meos in  
 amaritudine animæ meæ. Ad hæc enim om

*Chrysostom⁹*

Esaiē.  
xxviiij

DECIMA. Fo. xci.

nia quæ egit ad memoriā reuocat, vt de il  
 lis doleat: & pro mala quā in illis sensit ante  
 dulcedine, nunc bonā sumat amaritudinē.  
 Si vnum solum sit peccatū cuius non peni  
 teat peccatorem, illud efficit vt reliqua ma  
 neant & non delectent: oportet enim omnīū  
 penitere. Vt igitur confessio absolutū sit  
 cōsciētiae exemplar & testimoniū, exigitur  
 ab ea, vt omnia peccata quorū animus peni  
 tet sacerdoti manifestet: quoniā si alicuius  
 penitet quod nō fuerit reuelatū: nō totam  
 ipsam cōtritionem repræsentabit cōfessio.  
 At cum dolor & contritio censeat prorsus  
 inanis nisi sit omnīū, conuincit etiam cōfes  
 sionem esse inanē & penitus inutilē nisi per  
 eam etiā omnia peccata manifestent. Omnia  
 igitur sic sunt reuelāda per cōfessionem, vt  
 nullum abscondatur. Et ideo Dauid postq̄  
 dixerat, delictū meum cognitū tibi feci: sta  
 tim subiūxit. Et iniustitiā meā non abscon  
 di, vt ostenderet non esse satis ad veram cō  
 fessionē aliqua peccata reuelare, si aliquod  
 abscondat. Hinc Lutheri impia sentētia &  
 a Leone decimo inter alias illi⁹ multas dam  
 nata p̄sternitur: qua docet non omnia pec  
 cata mortalia esse cōfiteāda: quoniā (vt ait)

*Luthe  
rus,*

## HOMILIA

dum omnia confiteri volumus nihil misericordiae diuinæ relinquimus. O peruersam sententiam & diuinæ misericordiae prorsus ingratoram. Nam hæc diuinam non agnoscit misericordiam, in eo qui omnia sua peccata confitetur: & de omnibus se coram sacerdote accusat. Putat, quidem Lutherus, (vt ex illius dictis conicio) remissionem peccatorum & gratiae collationem non gratis impendi illi qui exactam & consummatam omnium suorum peccatorum confessionem facit: sed iure illi esse debitam. Ac proinde censet illum talem deo nihil debere quod peccata remisit. Quod si hoc Lutherus putat, sibi ipsi esset contrarius, qui alibi censet hominis arbitrium nihil ex se posse: neque homines suis operibus posse saluari. Si ergo hominis arbitrio & illius operibus detrahatur, consequens est vt fateatur quamlibet exactae peccatorum confessioni non deberi peccatorum remissionem. Nam (vt ait saluator) cum hæc omnia feceritis, dicite: serui inutiles sumus. Si deus remissionem non debet, misericordiam igitur facit illi qui omnia peccata confitetur, cum illi omnia peccata dimittit. Si misericordia est omnia peccata

*Puce.  
rvij.*

## DECIMA. Fo. xcij.

dimittere. cur Lutherus succenset illi qui omnia sua confitetur peccata, quod nihil diuinæ misericordiae relinquit? Immo omnia ad illum defert, qui omnia sacerdoti confitetur: qui etiam cum omnia fuerit confessus, non suae tantum fidit confessioni: sed diuina adhuc misericordia se egere putat. Deinde si ob hanc causam essent ex industria omittenda aliqua peccata in confessione, vt maiorem locum diuina haberet misericordia: oportet etiam eadem ratione aliqua dei præcepta omittere, vt magis diuinæ misericordiae relinquatur dimittendum. At cum omnia præcepta implentur, nihil aufertur, de diuina misericordia: cum ergo omnia peccata sacerdoti confitemur, nullum diuinæ misericordiae præcipimus locum: immo totum illi deferimus: quia si omnia confitemur, omnium remissionem assequi speramus: et si aliquod celatum fuerit, nunquam suorum peccatorum veniam impetrabit. Nam Salomon ait. Qui abscondit scelera sua non dirigitur: qui autem confessus fuerit ea, misericordiam consequetur. Melius quidem de vera poenitentia & dei misericordia

*puer.  
xxvij.*



HOMILIA

*Job. l. xxxj.*  
 Job quam Lutherius sentiebat, qui nullū se peccatū abscondisse aut iniquitatē in sinu suo celasse dicebat, sic inquit. Si abscondi quasi homo peccatū meum, & celauī in sinu meo iniquitatē meā. Purabat quidem graue esse peccatū, talem peccatorū cōfessionem facere, per quam non omnia peccata detegunt, sed pars reuelat & pars celatur. Sunt ergo omnia confitenda: nec solū opera & verba, sed etiam cogitatus. Hinc est q̄ leprosus iuxta ritum legis mūdandus, omnes pilos capitis radere tenebatur. Omnia enim (vt ait Paulus) in figura cōtingebāt illis. Pilorum nomine ppter subtilitatem cogitationes intelligimus: quæ tam subtiles sunt, vt nullus visus, nisi diuinus illas penetrare possit. Capilli mobiles vndiq̄ defluūt & facile mouentur: & cogitationes tam facile mouentur, vt nihil sit illis mobilius. Hi sunt illi capilli qui (teste saluatore nro) omnes numerati sunt: quia de omnibus cogitationibus in die iudicii exiget ratio: nec vna pteribit cuius merita non sint discutienda. Leprosus ergo mūdandus, omnes capillos capitis sui radere iubetur: quia peccator qui peccati lepra infectus est, vt mūdus coram deo merito cēseatur:

*Leuiti. l. xliij.*  
*1. cor. v.*  
*Mat. x.*

DECIMA. Fo. xciii.

tur: omnes cogitationes suas nouacula cōfessionis radere debet: alio qui mūdus non erit. Quapropter peccatorem qui suæ salutis curā habet admoneo, vt faciat id quod de regina Saba regū historia narrat. Hac enim audita sapientia Salomonis venit ad illum. & locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo. In hoc facto docetur peccator quid illum pro suæ animæ salute agere oporteat. Nam Saba captiuitatem significat: & peccatricem animam figurat, quæ peccatorum laqueis captiua tenetur. Sed hæc vt doceretur, nō quemlibet adiuuit sed Salomonem omnium sapientissimū: & talem peccator debet perquirere sacerdotem qui sciat distinguere inter leprā & lepram: inter peccatum & peccatū: qui sciat omnibus conuenientem adhibere medicinam. Non quidem vt aliqui faciunt: qui animas suas nihili faciētes, ad primū quem offenderint quālibet imperitum sacerdotem accedunt: & illi suorum peccatorū vulnera detegunt: qui tamen longe maiori diligentia medicū corporis perquirerent, si illorum corpora morbo laborare cōtingeret. Vnde conuicimus illos pluris sua corpora facere quam

*ij. Re. sū. r.*



### HOMILIA.

suas animas. Quia autem animam suam (vt oportet) æstimat, ad instar reginæ Saba, sapientissimum quem habere potest querit sacerdotem: alterū videlicet si fieri posset Salomonem: qui omnia sua peccata cognoscere & illis aptam medicinam adhibere sciat: quæ admodum Salomon omnia reginæ Sabæ ænigmata soluit, & illis omnibus respondit. Docuit enim illam Salomon omnia verba quæ proposuerat: non fuit sermo qui regem posset latere, & non responderet ei. Talem expediret esse sacerdotem. Regina Sabæ ad regem perueniens locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo. Et peccator ad sacerdotem pro animæ suæ salute accedens, debet illi palam facere vniuersa quæ habet in corde suo: omnia (inquã) quorū meminist, siue publica illa fuerint siue secreta: siue opere cõsummata fuerint, siue solo proposito iniuncta. Cum omnium quæ dixerat ænigmatū regina Sabæ audiuisset a Salomone respõsionem & solutionem, non habuit ultra spiritū. Et peccator qui omnia sua peccata in aurem sacerdoti sapienti dixit, & illorum omnium suscepit ab eo absolutionem, iam nõ habet ultra spiritū. Quem spiritū:

### DECIMA. Fo. xciiii.

Spiritū peccati. Spiritū quidem suum iam non habet, sed habet spiritum dei. Priuatus est suo spiritu, vt frueretur diuino: alioquin spiritu dei nõ regeretur, nisi prius caruisset suo. Et propter hanc causam David alibi cum spiritum diuinū sibi dari peteret dicens: spiritum rectū in noua in visceribus meis: prius petiit omnes iniquitates suas deleri. Priuatus ergo suo spiritu malo, qui omnes iniquitates sacerdoti dixit, & ab illo omnium absolutionem accepit. Manifestanda sunt ergo omnia, vt ab oibus possit absolui, & omnium indulgentiam assequi mereatur. Nec solum peccata manifestanda sunt, sed & peccatorum circumstantiæ. Verum hæc nõ omnes: sed illæ solum, quæ peccatū sic augere possunt, vt ab altera in alteram peccati speciem valeant opus transferre: quales sunt illæ quæ specialibus præceptis sunt interdictæ. Ex his enim peccati sicut cuiuslibet alterius rei cognitio maxime pendet. Nam medicus qui ad infirmum vt illi medeatur accedit, omnes morbi circumstantias ab infirmo percontatur, vt ex illis agnoscat, quæ illi debeat præbere antidota. Interrogat de morbi qualitate, an calorem an frigus ostendat:

psal. l.



HOMILIA.

quo tempore incepit : quo loco : quantum durauit: quatum inualuit morbus: mitis ne fuerit an acerbus: an cōtinuo morbo fuerit vexatus : an quietem aliquam mediam habuerit. Hæc omnia in cōfessiōe peccati exigūtur, vt peccator possit incolumitatē restituī. Nam peccatū morbus quidā est animæ quo anima male habet. Hoc morbo laborabat propheta cum deum precabatur dicēs. Misere mei domine: quoniā infirm⁹ sum: sana me domine: quoniam cōturbata sunt ossa mea. Medicus qui huic morbo mederi potest (vt alias diximus) sacerdos est qui absolutionem conferens, dei virtute secreto operante, salutem præstat. Quo fit vt illi tanquā vero animarū medico non solum peccati morbum, sed illius circūstātiās manifestare oporteat : quale videlicet fuerit peccatum, & vnde processit : an ex ardore libidinis: an ex frigore inuidiæ: quo tēpore fuerit perpetrātū : festo an feriato: quo loco : sacro an prophano: quantum perstitit in peccato: an iterato illud commisit: qualem quantumq; conatum adhibuit vt voti compos fieret. Necessariū est hæc omnia sacerdotem agnoscere, vt sciat quale debeat

Psal. vj.

DECIMA. Fo. xcv.

antidotum parare : qualem poenitenti satisfactionem iniungere. Nō enim omnibus eadem cōpensatio. Nam carnales & illecebrosi, carnis maceratione curantur. Superbis & elatis, humilitatis opera sunt iniungēda. Auari sunt ad elemosynarū largitionē constringendī. Et iuxta hunc modū fiet vt quisq; per ea quæ peccauit (quæ admodum ait sapiens) per hæc & puniatur. Non quidem vt multi sacerdotes imperiti faciunt, qui omni poenitenti eādē absq; vllō discrimine iniungunt satisfactionem. Quod certe idem est ac si omni veneno quis idem antidotum vellet adhibere. Cum igitur alius morbus aliam curarionem desideret, oportet vt alii peccato, aliud etiam adhibeatur remediū. Hoc autem fieri non posset nisi morbi qualitate plene cognita, quæ plene intelligi non valet, illius circūstantis prorsus ignoratis. At circūstantiās non possunt agnosci, nisi eas peccator indicauerit. Manifestanda sunt ergo peccatorū circūstantiās, sicut & peccata omnia : alioqui sacerdos non poterit peccatis omnibus (vt decet) plene mederi. Et ideo dixit. Delictum meum cognitū tibi feci, & iniustiam meam

Sap. 11.



### HOMILIA.

non abscondi. Sunt tamen multi qui post peccati confessionem, adhuc suum retinent spiritum & in prioribus persistunt peccatis: quia non omnia vni sacerdoti manifesta fuerunt. Multi enim sunt quos tam vehementer deiecit verecundia, vt etiam si omnium suorum peccatorum poeniteant, aliqua tamen illorum reuelare formident. Hi enim mihi tales esse videtur: ac si aliqui iudaeorum Aegyptios in mari rubro summersos qui iam nocere non poterat, timuissent. Na Aegyptii in mari submersi: peccata sunt lachrymis & contritione suffocata. Sed haec multi qui trepidant timore, tibi nulla est timoris occasio, timent & verentur. Nihil autem aliud est verecundia quam timor imminens obprobrii, aut saltim oritur ex illo. Quia enim peccato debetur vituperium, quemadmodum virtuti honor: ideo illa peccata dicere recusat peccator quae putat sibi dedecus & ignominiam paritura. Quod ex eo facile conici potest, quod peccata illa libenter homines fatentur, ex quibus sperant aliquid mundani honoris oriri: velut est alicuius hominis citra insidias homicidium, aut lethalis percussio aut iniuriae vindicta: aut cupitis illustris ali-

### DECIMA. Fo. xcix.

culus foeminae amplexibus frui. Propter haec enim & similia putant sibi honorem debere: & ob hanc causam ad illorum confessionem vltro accedunt. Illa vero propter quae putant existimationem quam forte bonam de illis habebat sacerdos fore minuendam, pro palare verentur. Vnde conuincimus talem verecundiam a superbia tanquam a prima illius radice nasci: eo quod non patiuntur se tales in conspectu hominis apparere, quales peccantes se exhibuerunt in conspectu dei. Hi ob solam verecundiam damnantur: nec illis ad salutem prodesse potest confessio: imo illorum damnationem augebit, ob hoc solum quod non omnia sua peccata sunt confessi. Saul repro- *i. Reg.*  
batus est eo quod non iuxta dei praecipitum *v.*  
omnes amalechitas & eorum substantiam fuerit demolitus: sed Regem illorum & preciosas illius suppellectiles serauit. Sic etiam damnabitur quicumque peccatum aliquod aut in signem aliquam circumstantiam celauerit. Verum admonitione non caret: quod Saul non vnum quelibet ex infimis amalechitis vitium serauit sed regem: non vilia illorum pecora, sed meliora & crassiora. Sic etiam solene est illis qui verecundiam passi sua celant peccata: quia minima quaeque



### HOMILIA

peccata facile reuelant: grauiora autem sub  
ticent, & ideo dānantur. Quā in re maxima  
illorum ostenditur stultitia: quia verētur fa  
teri quod nō sunt veriti perpetrare. Magna  
quippe dementia est, qđ te nō pudeat inquit  
nari, & lauari te pudeat. Nō es cōfusus per  
petrare, & cōfunderis dicere! Cur deo indi  
care vereris qđ deo teste cōmisisti! Cur ti  
mes deo ostendere, quod non es veritus illo  
prāsente cōmittere! Au putas deum com  
missa nostra nescire nisi illa a nobis dicātur!  
Si illū scire putas, quare dicere reformidas!  
Vt quid ergo miser peccator confiteri ti  
mes, quī nō etiā si nō cōfitearis celari nō po  
tes! Si solum sacerdotem vereris, maior est  
hęc tua dementia. Nam si eum putas male  
de te opinari, deciperis, quoniā homo est ac  
tu: ac proinde verisimile est illum nihil hu  
manum a se alienū putare. Non ergo sacer  
dotem vereri debes: quia non angelo confi  
teris, sed homini & peccatori. Nec ille de te  
male opinabitur, modo ille stultus non sit.  
Non enim æquum est, vt quis male sentiat  
de eo qui se a sordibus lauat: aut sua infirmi  
tati medicinam adhibet cōuenientem: imo  
quo maiora peccata fueris cōfessus, melius

### DECIMA: Fo. xcviij.

de te opinabitur: quia de tam p̄fundo pec  
catorū cæno emerisisti. Quis tam insipiens  
erit, vt nunc male de David sentiat propte  
rea qđ olim adulterium cōmisit! Esto etiam  
tam fatuus sit sacerdos, vt male de te opi  
netur: tantū ne sacerdotis de te opinionem  
facies, vt illam vitæ æternæ prāsferre non  
dubites! Aut grauius forte existimas hanc  
coram sacerdote nunc pati verecundiam,  
quam in die iudicii coram omnibus homi  
nibus & angelis erubescere! Coram vno ti  
mes erubescere, & non times erubescere  
coram oculis omnium hominum & ange  
lorum! Times erubescerentiam momenta  
neam, quæ simul cum ipsa verborum prola  
tione pertransit: & non times æternam! Si  
coram vno ferre non potes cogita obsecro  
quomodo ferre poteris cū peccata tua: om  
nibus palam sient ad tuā ipsius confusionē.  
Sustine igitur hic corā vno cōfusionem, ne  
postea cōfundaris corā oibus. Nā (vt ait sa  
piens) Est cōfusio adducēs peccatū: & est  
cōfusio adducens gloriā. Cōfusio adducit  
peccatū, cum quis propter cōfusionem vi  
tādam verecūdia cogēte peccatū quod cō  
misit celat. Cōfusio adducit gloriā, cum

Eccl.  
liij.



HOMILIA

quis libenter cōfessionem sustinet, vt peccatum sacerdoti reuelet. Nā hæc talis confessio ab illa extremi iudiciū horrēda cōfusione liberat, & ad gloriā perducit. Filii Israel quoties peccauerūt, hostibus traditi sunt: quoties se peccasse cōfessi sunt, ab hostibus sunt liberati: quoniam sicut nullus iniquus peccādo euasit: ita nullus confitēdo, dei indulgētiā, non promeruit. Confundatur ergo hic peccator, vt ab hostiū cōfusiōe liberetur, & postea gloriā habeat. Vt autem verecūdiam hanc superet peccator, admo-  
neo illū vt grauiora peccata quæ magis vereretur in principio confessionis reuelet: illa primo aggrediatur, quoniā illis deuictis, facile reliqua omnia superabit. Sacerdos etiā cauere debet, ne aliquo grani & enormi etiā peccato audito illū statim acriter reprehēdat: quoniā forte huiusmodi reprehēsiōe deterrebitur. Sic enim deus in figura præcepit filiis Israel dicēs, Ne abomineris Aegyptium, quoniam aduena fuisti in terra eius. Quib⁹ mystice iubemur ne exprobremus homini a peccato reuertēti: quoniā nos peccatores etiā sumus, & aduena etiā fuimus in Aegypto, hoc est, in peccato. Non est

Dent.  
xxij.

DECIMA. Fo. xcyiif.

æquum vt acriter in alio reprehēdas quod tibi facile optas ignosci. Et in alio loco de omni aduena loquens, ait. Si habitauerit aduena in terra uestra & moratus fuerit inter vos non exprobrabitis ei, sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eum quasi uosmetipsos: fuistis enim & vos aduena in terra Aegypti. O præceptum dignum pietate diuina. O viscera pietatis & misericordiae. Quis alius inter iustos aduena censendus erit, nisi ille qui olim grauissimis peccatis seruens, dei misericordia operante, poenitentiam egit, & in numero iustorum iam computatur! Iustis ergo apud quos quasi aduena huiusmodi poenitēs moratur, deus præcipit, vt non exprobrent ei: sed sic habeant illum quasi indigenam, & diligant illum tanquā semetipsos: vt hac benignitate allectus quotidie ad meliora proficiat. Neque est aspernandum argumētum quo illos ad huiusmodi pietatem constringit. Fuistis enim vos (inquit ille) aduena in terra Aegypti. Ac si diceret. Fuistis vos olim peccatores, qui benignitatem & misericordiā optastis. Hanc igitur benignitatem præstare debet sacerdos peccatori ad poenitentiam parato: vt

Zenit  
xij.



### HOMILIA.

non illi exprobet, non acriter reprehendat: sed blandis suscipiat verbis vt ad aliorū peccatorum & forte grauiorū consensionem alligatur: titubantem iuuet: coeptum illius propositum foueat: vt sic verecūdia superata, plenam & consummatā suorū peccatorum faciat confessionē: & sic illorū veniam impetrare valebit, & tādē gloriam assequetur aeternā per merita Iesu Christi domini nostri, qui cum patre & spiritu sancto viuūt & regnat in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA VNDECIMA.

Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietate peccati mei.



Am auide tāq; ex animo propheta in hoc psalmo poenitētia laudes est prosecutus, vt nullū laudis argumētū, quo magis illā nobis cōmendare posset, voluerit praeterire. Principio siquidem poenitētiā ab utilitate laudauit: deinde illius tam absolutā necessi-

### VNDECIMA. Fo. lxxxiiii.

tatem expressit, vt absq; illa nullum peccatorem posse incolumitari restitui dixerit. Nam quoniā sua peccata subtraherat, indiguit omnes animae suae virtutes fuisse imminutas quod alioqui non cōtigisset, si sua peccata non erubuisset confiteri. Nunc deum poenitētiā ab illius facilitate laudat, quod non parū est persuasione argumentum. Quoniā sicut rei alicuius nimia difficultas, deterret animū ab illius assecutione: ita contra facilitas impellit, nedum allicit animū ad illius amorem & prosecutionē. Postq; enim aliquis rem aliquā sibi vtilem & necessariā intellexit, eo libentius se ad illius assecutionem accingit, quo minus difficultatis in ea re habiturū sperat. Non potuit autem apertius poenitētiā facilitatem David indicare, quā his verbis quae nunc pertractanda suscepimus, quib; sic ait. Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitiā meā domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Nihil enim excogitari potest qd nobis facilius sit quā id quod ex solo nostro arbitrio (nō hic diuinū excludo auxiliū) pēdet. Talis est omnis volūtatis operatio: quoniā (vt sapiēter Augustinus docet) nihil tam est in



HOMILIA.

potestate voluntatis, quam ipsa voluntas  
Nam quo d nunc Dauid ait: dixi, voluntatis  
propositu ostendit. Ac si dixisset. Apud me  
statui & decreui confiteri aduersum me in  
iustitia meam domino, & tu remisisti impie  
tatem peccati mei. Vide quata sit boni pro  
positi virtus: quia dum se adhuc petere pro  
mittit, hoc quod se petere promittebat, ob  
tinuit. Tu remisisti (inquit ille domino) im  
prietatem peccati mei. Non enim opus est ad  
gratia recuperandam, vt homo statim post  
peccatu admissum illud cofiteatur: sed ab u  
de est peccatori, si de peccato doleat, & te  
pore quo id facere tenetur, confiteri decer  
nat. Deus enim qui nullis pecoru sacrificiis  
aut holocaustis delectat, sed solo corde pla  
catur, nostra bona voluntatem praefert qui  
buscuq; operibus exterioribus: quapropter  
cu illa adest, sola sufficit ad pristinae amici  
tia fcedera quae per peccatu rupta fuerat,  
resarcienda. Opera enim exteriora non semp  
deus exigit a nobis: sed solu in eo temporis  
articulo requirit, qui vrgete ministrat ne  
cessitate. Non est necessaria eleemosyna lar  
gitio, quotiens pauper cui possit tribui se  
offert: sed cu talem agnoscimus in paupere

VNDECIMA. Fo. c.

indigentia, vt merito suspicemur illu factu  
rum, aut vite aut salutis iactura, nisi tpe pesti  
ue illi subueniatur. Illa enim quae interdita  
sunt, nullo tpe facere licet: quae vero praeci  
piuntur non semper illa exequi tenemur: sed  
eo solo tpe quo vrget necessitas, Et hoc  
etia in sacramentoru perceptione veru ha  
bet. Na & si baptisimus sit necessarius non ta  
men sic, vt is qui ad fidem Christi deo inspi  
rante couertitur, non possit baptismu in ali  
quod tpus differre. Quauis enim differret  
forte per annu, modo firma habeat i poste  
rum suscipiendi voluntate: iam inter filios dei  
coputadus venit. Tantudem de peccatoru  
cofessione ceseo. Quonia haec non statim est  
facienda postq in sui peccati cognitione pec  
cator puenit, sed differri absq pcto potest  
nisi cogat necessitas. Na multiplex haec co  
tingere potest necessitas: quae homine ad  
peccatoru suorum cofessionem absq ab vlla mo  
ra faciendae cogat. Speciale siquidē de hac re  
praceptu quo praecipit aliquo certo tpe co  
fessio, aptissima & vrgetissima est necessitas  
coges ad cofessionem illo tpe faciendae ita  
vt vltra moras protrahere non liceat. Et tale  
praceptu est circa oēs Christianos ab eccle



### HOMILIA.

fia datū: vt quotānis circa festū paschæ cōfiterent. Et quodā monachos suæ regulæ professio cogit ad cōfessionē certis & statis annī tēporib⁹ faciēdā. His omnib⁹ nō licet confessionem vltra ea tēpora differre. Altera & quidem vrgentissima omnīū necessitas est: cum quis est in manifesto mortis periculo: siue id ob acerbum aliquem morbum: aut propter variū belli quod aggreditur euentum: aut propter naufragium: aut propter aliud simile apertū mortis periculum contingat. Cum enim horū aliquod euenerit, omnem confessionis morā rūpere oportet: & ad cōfessionē tanq̄ ad secūdā post naufragiū tabulā celerrime accurrere. Quoniā sine illa nullus potest euadere, vt tutū gloriæ portum contingat. Propter quod ego censeremeos qui tēpore acerbissima pestis qua plurimos homines subito & insperato mori cōtingerit nō esse immunes a peccato. si per suorū peccatorū exactā confessionem, nō sint ad mortē paratī. Nā cū pestis tūc plurimos insperato rapiat, iustū est, vt quisq; sibi cōsulat, & alieno periculo cautus fiat: qm̄ nescitan subito nullis morborū aut dolorū præmissis nūciis, mors illū inuadat:

### VNDECIMA. Fo.c.f.

quāuis eo tēpore mortem sine præuio nūcio aduenisse, dici non debeat. Qm̄ hæc est diuinæ bonitatis magnitudo, & pietatis excellentia: q̄ nunq̄ aliquem punit, quin hac ipsa punitione alios ad cautelam moneat. Misericordia enim dei non solū ad eum pertingit qui pœna plectitur: sed aliis omnibus prodesse cupit, illos aliorum punitione cautiōres faciens. Si columbarū multitudinem aliquis sagittarius videt: & contra aliquam earum iaciat sagittam, aut vibret arcū, omnes deterrētur, & inde auolant, quibus vna sola fuerit percussa. Itaq; ille vnam percutiēs omnes perterritū & fugere cogit. Sic etiam piētissimus deus facit, qui cū vnum aliquē morte improuisa arripit, omnes alios deterrere vult, vt illius exēplo docti, alios a peccato fugere & peccatorū cōfessionem facere cogat. Verum multī sunt brutis insensibiliores, qui alienis periculis doceri nolunt: Hæc est enim multorū duritia, vt non solū audiendo sed etiam videndo, non credant alios interiisse nisi & seipsos viderint interire. Alia adhuc necessitas subesse potest, quo peccatorē ad cōfessionem statim faciēdam cogat: cum scilicet talis tunc se offert sacer



### HOMILIA

dos qui plenam habeat absoluendi potestate cui si tunc confiteri renuat non sperat illum aut alterum similis potestatis tempore statuto ab ecclesia habere, cui sua possit plene peccata confiteri. Eo enim euentu non est vlllo modo dilatio confessionis toleranda, propterea quod ipsa dilatio periculum habet. Præterea qui Eucharistiã percipere decreuit, suorum peccatorum confessionem illum facere oportet, antequam tantum mysterium sumat, nec satis est illi sola cordis contritio: quoniã duplici testimonio, contritionis videlicet & confessionis probatus esse debet, qui mysterium illum & benedictum panem edere vult. Extra hæc vero tempora non est opus peccatori vocalem & clamulariã suorum peccatorum facere confessionem, sed satis est illi ad inuendam cum deo amicitiam, ut maleactorum illum poeniteat: & statuat illa sacerdoti eo tempore in aurem dicere quo ad id faciendum obligatur. Tantæ enim æstimationis apud deum est solum boni operis propositum, præsertim si opus tunc præstare nõ potest: aut præstare non tenet: ut pro opere ipso a deo recipiat: qui pluris voluntatẽ facit quã opus. Nõ enim ob aliam causam paupcula illa vi-

### VNDECIMA. Fo. c. li.

dua, quæ minuta era duo miserat in gazophylacium plus omnibus misisse iudicata est: quã multo magis, si facultates suppeteret, donare voluisset. Quæ ardens illius voluntas inde concitatur, quod penuriã patiens, id quo egerē videbatur, vltro donauit. Cor enim nostrum deus a nobis requirit: quod etiã si opera exteriora desint, deum summope aliquando delectat: & sine quo cetera omnia illi placere non valent. Hoc autem Dauid agnoscens, ait. Dixi: confitebor aduersum me iniustitiã meam dño: & tu remisisti impietatem peccati mei. Quod ait, dixi: propositum illius manifestat, quod tanti fuit apud deum meritum, ut propter solum illud, subito deus peccata relaxauerit: & tanquam si cuncta iam quæ commiserat peccata perdidisset, ita illi remissa sunt quæ confiteri decreuit. Qui autem tanti fecit solam confessionis permissionem, quãti putas faciet ipsum operationis effectum? Non enim dubito quin bonæ voluntatis præmiũ operatione ipsa crescat: sicut malæ voluntatis poenã saluator noster apud Matthæum aperte testatur operatione varia augeri. Quo fit ut peccata sua confessus, vberiorẽ a deo gratiam & mercedem recipiat, quã cum id facere statuerat,

Luce 11.

Matthæi 5.

HOMILIA **IV**

accepit: nisi forte eius tunc fuisset voluntas, ut si sacerdos adesset illico absq; vlla mora sua peccata fuisset illi confessus. Tunc enim credo nudam voluntatem pro opere fore a deo iudicandam: ac per consequens æquam illi deberi gratiam (omitto illam quæ virtute sacramenti foret conferenda) ac si vere fuisset confessus. Si vero sacerdotem, cui sua peccata in aurem commode dicere possit, habes, confiteri proponat: & in diem alium differat, suorum peccatorum veniam assequetur: & gratiam, quæ non tantam quantam si confessus fuisset, a deo impetrabit. Est autem hæc peccatorum venia a deo firma & certa, ut si illum propositi poeniteat & confiteri recuset pro peccatis illis & iam dimissis peccatis minime damnetur: sed propter solam confessionis quam facere tenebat negligentia. Verum hic admonere oportet, quod sicut non omnis peccatorum confessio, nisi sui actoris accusatrix illa sit, non valet ad salutem: ita neque omne confessionis propositum veniam peccatorum impetrare valet nisi talem se confessionem facere statuat, per quam se & non alios incuset. Dixi confitebor aduersum me, inquit propheta, iniustitiam meam domino, & tu remisisti

VNDECIMA. Fo. clif.

Impietatem peccati mei. Aduersum me, inquit, confitebor, non aduersum alios. Cur alios inculabo propter peccatum quod ego commisi? Non est æquum ut in alios culpam meam retorqueam. Ego feci, ego sum ferre paratus. Iustus in principio accusator est sui. Qui ante peccator fuerat, hoc argumento iustus iam esse probat, quod accusator est sui. Ex ipsa enim sua confessione iam iustus fit, quisquis peccata sua pronuncians semetipsum accusat ac reprehendit. Nam formam vere confessionis protinus seruare dignoscitur, quisquis aduersum semetipsum peccatum suum confitetur. Aduersum se autem peccatum confiteri est, non deo, non diabolo: non homini: non alicui rei nisi sibi soli peccatum suum imputare, & se velut illorum actorem confitendo accusare. Sunt tamen nonnulli qui non solum non desunt ac reprehendunt peccata quæ commiserunt, sed etiam defendere: & quod prius est laudare conantur. Quibus aliter quam existimant euenit: quoniam culpam augent dum illam defendere conantur. Peior enim sæpe atque damnabilior ipso quod commisit peccato, superbia est: qua in culpa manifesta suffugium excusationis inquirunt. Propter quod propheta

puer.  
xviij.





HOMILIA

Ps. cxi.

deum precat, vt si quid poenitendum illum loqui contigisset, non pmitteret ad falsas excusationes cofugere. Non declines, inquit, cor meum in verba malitia, ad excusandas excusationes in peccatis. Quibus verbis aperte ipsas peccati excusationes damnauit, cum illas appellauit verba malitia. Et ab his excusationibus se liberari petit: quia hoc quasi genuinum est vitium quo humanum genus laborat: vt post peccatum suum prius ad excusationes confugiat quam peccati se confessione prosternat. Si enim fuerit homo in peccato deprehensus, primum se aliqua falsitate excusare nititur: & si fuerit inde conuictus, nouas alias effringit excusationes, nequaquam se peccasse fateat. Dicens autem excusationes in peccatis, innuit non vnum solum esse peccatoribus excusationis refugium, sed multa. Aliqui enim sunt tam effrontes & impii vt culpas suas in deum retorquere non vereantur. Sic primus homo dum lignum vetitum tetigit, abscondit se a facie domini inter ligna paradisi. In qua absconssione cum deum latere non posset, non latendi effectus describit, sed affectus designat. Nam cum argueret a domino quod de ligno vetito gustasset, e vestigio respondit.

VNDECIMA. Fo. cxiij.

Mulier quam dedisti mihi sociam ipsa dedit mihi de ligno & comedi. Et ita cum videretur ad poenitentiam, ad diuerticula excusationis cofugit, & transgressionis suae vitium in ipsum deum latenter retorsit. Ac si diceret. Tu occasionem dedisti delicti, qui mihi mulierem quam me ad peccatum sollicitaret, dedisti. Nec desunt, proh dolor, his nostris temporibus pestiferi rami ab hac infecta primae parentis radice pullulantes, qui hoc palam & publice docere non verentur quod Adam tunc occulte innuere visus est. In tanta siquidem insaniam Philippus melanchton prupit, vt in deum omnes nostras culpas reuicere non sit veritus: & illum nostrorum peccatorum facere authorem. Nam cum omnem ille a voluntate nostra separet libertatem, coactus est, nostrorum maleactorum culpas deo impingere qui talem nobis indidit voluntatem quam vitare peccata non posset. O mentem insanam. O cor serpentino afflatum sibilo. O linguam pestiferam diabolico acta spiritu. Nonne deus bonus est, & totius bonitatis fons nunquam exhaustus? Qui fit igitur vt ex fonte optimo, tor malitiae riuuli scaturire possint? Quae conuenticio lucis ad tenebras? Si radix sancta & rami Arbor bona, aut

ij. Cor. vi. Rom. xi.

HOMILIA

saluator, non potest fructus malos facere. Cum ergo deus bonus sit, & pelagus bonitatis immensum, nullum peccatum ab illo proficisci potest. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est a deo descendens: mala autem a nobis sunt qui lubentes nos ipsos in peccata coniecimus. Talem rerum partitionem ipsemet deus fecit qui per prophetam Oseam ait. Perditio tua (vel iuxta aliam translationem) perdidisti te Israel: tantummodo in me auxilium tuum. Tolle ergo o Philippe Melancthon quod tuum est, & vade. Peccata tibi ipsi ascribe: deo vero virtutes, si quas habes, tribue: qui tibi auxilium & fortitudinem ad bene operandum tribuit. Non coneris obsecro huiusmodi rerum partitionem permutare: quam deus ipse, propheta testante, fecit. Sed de his haecenus: quoniam non est in praesentiarum locus disputationi: praesertim cum in eo opere quod aduersus omnes haereses aedidimus satis de hac re me dixisse meminimus. Alii suas in daemonem culpas reiciunt, quod nisi ille suggessisset, ipsi nunquam peccassent. Ab illo se esse defectos fatentur, putantes haec ratione omnem sui operis culpam a se ipsis posse repellere. Talis fuit prima omnium mater

Osec.  
rij.

VNDECIMA. Fo. cv.

Eua: quae cum de inobedientia a deo notaretur, quod de cibo vetito contra illius praeccepti gustasset, illico ut transgressionis culpam a se in serpentem abiceret, scutum excusationis appositum dicens. Serpens decepit me, Decepit inquit: verum quae est haec excusatio cum tu te ipsam decipi permiseris! Suasit enim ille: sed quare tu tam male credula fuisti, ut illum deo veriorum putares! Suggessit daemon, impulitque ad malum, sed non coegit: quoniam illo suggerente poteris non acquiescere illi: & illo impellente poteris resistere, ut stares. Nam deus qui in immensum est daemonum potentior, etiam cum nobis bona inspirat, non cogit ad illa: sed liberum nobis relinquit, ut quae nobis magis placuerit exequamur. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit dabitur illi. Alii culpas suas illis cum quibus versantur imputant & dicunt. Non ego ambitiosus sum: sed mores hi sunt civitatis aut oppidi aut conuentus: in quo sic vivit: ut si quis non ambiat vilissimus semper habeatur. Non ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas exigit expensas. Non est meum vitium quod voluptuosus sum: socii quibus adherere soleo me ad hoc inuitant: quos nisi imitatur

seci. iij

Ecclesi.  
rv.



## HOMILIA

fuero statim odio irrecōciliabili me p̄se-  
quent. O fatuam excusationē, quæ nouam  
sibi peccati notā inurit. Nam & hoc ipsum  
illi addet ad culpam q̄ non uitauit cōsortia  
quæ sibi scādala parare, apte sciebat. Nam  
*mat. v.* dñs in euangelio, oculum & manū & pedem  
scandalizātem abscindere, & a nobis p̄ice-  
re præcepit. Oculus noster est qui no-  
stras actiones suo cōsilio regit. Manus est  
per quē operamur, qui dando & accipiēdo  
res nostras dispensat. Pes est qui ad  
singula negotia pro nostris cōmodis  
discurret. Si ergo horū aliquis nobis  
peccati occasiōem præbuerit, abscin-  
dendus est, & a nostra cōuersatione  
separandus. Sunt etiam alii qui cū  
peccauerint, carnis infirmitate se excu-  
santur, dicētes. Non enim fortitudo  
*Job. vj* lapidum fortitudo mea. Carnis infirmitas  
me in hac deiecit culpā, cui libēter  
repugnassem si possem: verū fragilitas  
carnis animæ vires minuit, vt peccato  
anima obuiare non possit. Sed hi ap-  
erto mēdacio se tueri conant: quā  
etsi caro animā ad peccatū alliciat,  
non tamē valet illi vim facere: quis  
mentē ad malū impellat, deicere  
tā inuitā nō potest. Sibi igit̄  
ascribat quia cōsensit: quā si dissentire  
vellet

## VNDECIMA. Fo. cli.

nō est qui cogere potuisset. Si tentatiōis  
tā tam vehementiā causat, vt illi resistere  
non posset: neq̄ hoc est tutū excusationis  
refugium: quā esto vt tam violētus  
fuerit carnis impulsus: deum tñ  
querere debuisset adiutorē: qui  
tam fidelis est, vt neminē tentari  
patiat̄ supra id quod potest. Sūt  
multa alia excusationū genera,  
quæ humana p̄teruitas vt se a  
culpa quā p̄petrauit, liberare possit,  
adinuenit. Quidam locis, alii tēporib⁹,  
alii fato, alii astris & constellationib⁹  
ascribunt peccata quæ cōmiserūt,  
vt vel sic a culpa immunēs se esse  
ostēdant. Hi omnes hericio similes  
sunt: quoniam hericius cum ap-  
prehendit̄ & caput illi⁹ cernitur  
& pedes vidēt̄ & reliqua corporis  
membra: sed cum apprehēsus fuerit,  
statim hæc omnia occultat, sese in  
spheræ modum sic inuoluit, vt  
nec caput appareat, nec pedes  
videantur. Ad eundem prorsus  
modum duplices animo & astuti se  
habent, cum in peccatis suis sunt  
deprehēsi. Caput hericii videtur:  
quia aperte cognoscitur quale fuerit  
sui peccati initiū. Pedes aspiciuntur,  
quia media quibus ad peccatū  
perpetrandū peruenerit, manifeste  
vidētur. Repente tamē excusationib⁹

## HOMILIA

adductus, pedes subtrahit: quia cuncta sui peccati vestigia celat. Caput abscondit: quia miris defensionibus, nec imitium aliquod peccati habuisse pertinaciter contendit. Et quasi sphaera in manu tenetis remanet, quia is qui illius curam tenet, & illius culpam corripiere satagit, quum totum antea peccatum plene cognouisset, pessimis excusationibus illusus, iam prorsus ignorare se credit: & emanibus suis elapsum existimat, quod de illo tam certum ante, setenere credebat. Hinc est quod huic tali falso de peccato se excusanti, sub Iudeae specie per prophetam Esaiam dicitur. Ibi foueam habuit Hericius. Foueam namque Hericius in reprobis habet, quia multiformis mentis duplicitas illorum mentes inhabitat: & quae publice mala gesserunt, falsis excusationibus sic abscondere nituntur, ut mala esse non videantur. Horum figuram mihi portare videtur primi illi nostri parentes, qui ut peccauerunt, cum nudos se esse intellexissent, & verecundiam inde fuissent passi foliis ficus verenda texerunt. Nihil est in anima nostra unde ipsa merito verecundari possit nisi peccatum: ob quam causam peccata ipsa, animae verenda merito dici posse censerem. Vnde do-

Esai.  
xxx. iij.

Gene.  
iij.

## VNDECIMA. Fo. cvii.

minus civitati Ninive minatus se peccata illius manifestaturum, ait. Reuelabo pudenda tua in facie tuam: & ostendam gentibus nuditatem tuam. Foliis arboris verba assimilare solet scriptura. Nam quum de viro iusto, siue ut alii melius putant de Christo propheta in primo psalmo loquitur, laudans illum quod homines suis non sefellisset promissionibus dixit. Et folium eius non defluet. Folium quidem illius preciosissimae arboris nunquam defluit: quia verbum Christi saluatoris nostri nunquam fuit irritum & inane: sed firmissimis semper promissionibus perseveravit: sicut ipse in euangelio testatur. Coelum & terra transibunt: verba autem mea non praeteribunt. Quasi foliis verenda tegit qui falsis excusationibus peccata sua abscondit. Debile autem tegumentum sunt folia, quod non valet ab aestu & ardore, nisi forte ad temporis momentum liberare: quum per vim ardoris ipsamet folia marcescunt: & ita vim suam facile amittunt, ut iam ab aestu protegere non possint. Multo debilius patrocinium est ipsa falsa excusationis defensio: quae vix ad momentum vitae praesentis durat: & in ipso iudicii ardore & ignis conflagratione peccatorem iam protegere non valebit: quum tunc

Mañ.  
iij.

Mat.  
xxiii.

HOMILIA

**s. Lo-** deus illuminabit abscondita tenebrarū: &  
**rin, iij.** manifestabit consilia cordiū. Immo tūc du-  
 rius punit peccator, pro eo q̄ se excusare  
 voluit de ea re, ppter quam se merito accu-  
 sare debuisset. Sic enim fit vt dum reatum  
 suum defendere nitit̄ cōgeminet, & culpa  
 illius grauior excusata fiat, q̄ fuerat ppetra-  
 ta. Propter quod sapiens peccatorē admo-  
**Eccl. v** net, dicens. Fili peccasti. ne adicias iterum.  
 Peccatū peccato addit: qui peccatū suū fa-  
 teri recusat, & excusado defendit. Et si pec-  
 catū auget, fieri etiam necesse est vt poena  
 multiplicet̄. Nam ppheta Sophonias durū  
**soph. i** talibus mināt iudiciū, dicens. Ecce dies do-  
 mini venit magn⁹ & horribilis: dies illa die  
 es irā: dies tenebrarū & caliginis: dies nebu-  
 læ & turbinis: dies tubæ & clangoris super  
 omnes ciuitates munitas: & super omnes an-  
 gulos excelsos. Cum diem strictissimi & in-  
 exorabilis iudicii expressisset in quo omnes  
 iudicandi sunt: non omnibus tamē illius ter-  
 rorem mināt, sed solis ciuitatibus munitis  
 & angulis excelsis. Nam sup hos solos dixit  
 diem illum futurū magnū & horribilē. Ci-  
 uitates munitæ sunt peccatores fallaci de-  
 fensione & excusatione vallati: qui cum co-

VNDECIMA: Fo. cllii

rum culpā superior per correptiones & cor-  
 rectiones inuadit, falsis excusationib⁹, tan-  
 q̄ muro circumdati, iacula correctionis reii-  
 ciunt. Quidā enī (vt diximus) carnis fra-  
 gilitatē opponit: Alii tentationis vehemē-  
 tiam: Alii exempla aliorū quibus se puoca-  
 tos esse dicūt: Alii fatum: Alii, insitam com-  
 plexionē, cui se nō posse repugnare causan-  
 tur. Hæ sunt munitiones quibus se munire  
 consueuerūt pctōres contra iacula punitio-  
 nis. Per angulos excelsos, supbæ mentis du-  
 plicitatē intelligimus. Ex duplici enim pa-  
 riēte in vnū coeunte angulus constat: quo-  
 rum vnus hac, alter illac tendit. Et supbus  
 honorem appetens, cum peccata operari  
 non desinat, peccator tamē dici non vult:  
 mala semper agit, & nequitiam suam excu-  
 sationis nebulis sic obscurare contendit. vt  
 non solum mala esse non appareant, sed bo-  
 na iudicentur. Angulus igitur excelsus est  
 quisquis malum agit: & sic illud excusare &  
 laudare conatur, vt ille nō malus sed iustus  
 omnium existimatione censeatur. Dies er-  
 go plena ira & furore diuino, veniet super  
 omnes ciuitates munitas & angulos excel-  
 sos: quia extremi iudicii rigor constringet

## HOMILIA

eos qui supbia tumentes peccata sua in hoc mundo non accusare sed excusare voluerunt. Tunc ciuitates quamlibet munitæ cadent: quia nulla tunc proderit excusatio ubi præcepti domini fuit aperta transgressio. Tunc excelsi anguli corruent: quonia peccatis suis plene manifestatis supbiam suam, & ambitionem nulla iam poterunt duplicitate fulcire. Qui igitur peccatum suum coram deo excusatum esse optat: ipse prius hic illud accuset: quoniam cum se hic accusauerit deum postea patronum habebit. Vnde Iob ait. Dimittam aduersum me eloquium meum. Et iterum. Et ego replebo os meum increpationibus. Pro se eloquium suum dimittit, qui mala quæ fecit excusationibus defendere conatur. Sed quia hoc malum esse diximus, & dura animaduersione dignum: ideo Iob, non pro se, sed contra se eloquium suum misit: quia non defendere sed accusare studuit, quæ se male egisse cognouit. Non excusationibus sed increpationibus os suum repleuit: quonia has potentissimas esse cognouit ad indulgentiam peccatorum promerendam. Huius rei testem si quis requirat Dauidem offerimus qui deum alloquens ait. Dixi confite-

Job. x.  
Job.  
xiiij.

## VNDECIMA. Fo. cix.

tebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccatis meis. Non solum postquam peccata sua confessus est & sibi illa ascripsit, sed etiam cum id facere decreuit, peccatorum suorum remissionem obtinuit. Tu ergo si peccasti, dic iniustitias tuas ut iustificeris: illas aduersus te confitere: illas non deo: non demoni: non fato: non stellis: non aliis hominibus sed tibi soli imputa. Et si id non potes commode statim facere, aut forte ad id non es paratus: aut denique quia non teneris, id statim præstare contemnis: modo ad præfatum exemplar plenam tuorum peccatorum confessionem te eo tempore facturum statuas quo ad illam quauis lege faciendam constringeris, illico absque vlla mora peccatorum omnium veniam assequeris, & diuinam gratiam impetrabis per quam vitam æternam merearis æternam præstante domino Iesu Christo quicum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA DVODECIMA.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.

HOMILIA.



Inter multa & varia quibus  
Rhetores vtuntur ad persua-  
sionem argumēta, vnum &  
non tenue aut debile est, ab  
exemplo illorū quibus hoc  
ipsum cōrigit quod aliis per-  
suadere conantur. Habent enim maximam  
vim exempla quæ saepe tam vehementer vr-  
gent vt cogere videatur, præsertim eos qui  
tanta gloriæ cupiditate tanguntur, vt nunq̃  
ab aliis vinci aut quouis modo superari pa-  
tiantur. Nam qui eiusmodi est, cum illustra  
aliorum gesta aut videt aut audit, quadam  
æmulatione illos imitari contendit, ne alio  
rum existimatione (quod maxime horret)  
inferior habeatur.

Ont-  
di?

Tunc bene fortis equus reserato carce-  
re currit.

Cum quos prætereat, quosue sequatur  
habet.

Acutissimum enim calcar animo ad curren-  
dum incipit contemplatio aliorum qui  
præcedunt. Hac igitur de causa nunc pro-  
pheta peccatores ab exemplo sanctorum  
omnium ad pœnitentiā hortatur, dicens.  
Pro hac orabit omnis, sanctus in tempore

DVODECIMA. Fo. cx.

oportuno. Quod dicit: pro hac, aut impie-  
tatem de qua in præcedenti versu dixerat,  
intellige: aut ipsius peccati remissionem: ita  
vt propheta sensus sit: omnem hominem  
quâlibet sanctum egere pœnitentiâ ad pec-  
catorum remissionem obtinendam: & pro  
illa impetranda deum orasse. Cuius sententiæ  
sapientissimus Salomon consentit dicens. *Eccl.*  
Non est iustus homo in terra qui faciat bo- *vij.*  
num & non peccet. Nullus est enim homo  
(Christū semper eiusq̃ virginem matrem  
cum de peccatis differant excepto esse præ-  
moneo) qui aut mortali aut veniali. aut de-  
niq̃ originali peccato non fuerit infectus.  
Solus Christus est qui vere dicere potuit. *Joan.*  
Venit princeps mundi huius & in me non *xiij.*  
habet quicquā. Habet enim aliquid diabo-  
lus in peccatoribus, nec tamē aqualiter in  
omnibus: quoniam in aliis plus, in aliis vero  
minus habet. In illis enim qui mortali pecca-  
to sunt obnoxii multū habet dæmon: quia  
totam illius conscientiam possidet tanq̃ ha-  
bitaculum suum in quo moratur. Dæmo-  
nes quidē sunt volucres cœli quæ in menti-  
bus superbiorū nidus sibi faciunt. Illi etiam  
sunt vulpes quæ in hīpocrytis & aliis qui-

### HOMILIA.

**Job.**  
**xxxvij.** buslibet fraudulentis hominibus foueas ha-  
bent: cum tamen in illis filius dei non inue-  
niat ubi caput suū reclinet. De his lob ait.  
Ingredietur bestia latibulum suum: & in an-  
tro suo commorabitur. Bestiæ & quidem  
sauiissimæ demones sunt, de quibus prophe-  
ta deum orans, ait. Ne tradas bestiis animas  
consistentes tibi. Harum bestiarum latibula  
sunt peccatores. Tunc huiusmodi bestia la-  
tibulum suū ingreditur, cum homo dæmo-  
nis tentationi consentit. Tunc in antro suo  
commoratur cum ille in semel cepto pecca-  
to perseverat. Sunt alii in quibus dæmoni  
quid habet, parum tamen illud est quod ab  
illis exigere potest: quales sunt illi, qui solis  
peccatis venialibus sunt infecti. In his enim  
dæmon non inhabitat, quia charitatem illi ha-  
bent quæ dæmonem ibidem habitare non  
sinit. Illos perpetuo punire non potest, etiã  
si tunc fuissent morte intercepti: sed solum  
habet ius quo temporali & parum duratur  
ra poena illos affligere valet. Nullus fuit ab  
omni peccato homo liber: & per consequens  
nullus fuit homo in quo princeps mundi hu-  
ius, aliquid non haberet. Habuisset etiam in  
dei para virgine dæmon aliquid sicut in cæ-

**Psal.**  
**lxxij.**

### DVODECIMA. Fo. cxi.

teris hominibus: quoniã eadem etiam natu-  
ræ lege fuit a patribus suis genita perinde  
ac illi: sed deus illam in benedictionibus suis  
præuenit: gratiam animæ illius in creatione  
eiusdem conferens, per quã a dæmonis tri-  
buto liberaretur: ita vt reliqua tota terra  
Aegypti sub Pharaonis tributo manente,  
sola dei genitrix velut terra sacerdotalis in  
qua sacerdos in æternū secundum ordinem  
melchisedech natus est, ab omni profus  
dæmonis tributo libera sit. Christus autem  
non priuilegio alicuius exemptionis, sed na-  
tura ipsa liber sic fuit, vt in illo solo prin-  
ceps mundi huius nihil haberet. Ille solus fuit  
inter mortuos liber. Ille solus natura ab om-  
ni peccato liber: quia ille nõ naturæ legibus,  
vt cæteri homines ab vtroque humano parẽ-  
te genitus est: sed qui iuxta naturã diuinam  
patrẽ in cælis habuit sine matre: idem iuxta  
humanam substãtiam, matrem absque patre  
habuit in terris. Nulla ergo lege ille ad iusti-  
tiam illam originalem retinendam quæ no-  
stris primis parentibus data est obligatur:  
quo fit, vt quãuis iustitia originali caruerit,  
peccato tamẽ originali non fuerit infectus.  
Qui autem mundum sine peccato ingressus

**Gege.**  
**lviij.**

**Psal.**  
**lxxvij.**

HOMILIA.

est, nullum in mūdo conuersatus, aut inde  
exiens peccatū habuisse conuincitur. Pro-  
pter quod huius mundi princeps nihil in  
Christo saluatore nostro habuisse dicitur.  
In cæteris autem hominibus quilibet san-  
ctis aliquid dæmon habuit: quia omnes illi  
(vt ait apostolus) in Adam peccauerunt: ab  
illo omnes viciatam naturā traxerunt: quo  
fit vt nullus sit qui mundus a culpa in hunc  
mundum ingrediatur: cum nullus sit qui  
vel originali culpa non inficiatur. Ex qua  
pessima radice, modo vita ad prouectam  
ducatur ætatem, necessario aliquis alius si-  
milis farinæ pullulabit ramus: quoniā & si  
multi sunt qui deo adiutore longam vitam  
absq̄ yllo lætali crimine transegerunt, sine  
venialibus tamen nullus. De istis enim pec-  
catis loquitur sapiens cum ait. Septies in  
die cadet iustus. Et de eisdem loquitur Ia-  
cobus apostolus dicens. In multis offendi-  
mus omnes. Et propter hanc causam bea-  
tus Ioannes dicit. Si dixerimus quia pecca-  
tum non habemus, nos ipsos seducimus &  
veritas in nobis non est. Nani quāuis multa  
sanctitate viri aliqui fulgeant, semper tamē  
in eis erit aliquid per qđ humiliari eos oportet.

Ro. v.

1<sup>o</sup> p̄o.  
xxij.

Jaco.  
ij.

1. Joā. i

DVODECIMA. Fo. cxli.

teat. Quis sanctior Paulo qui condelecta-  
tur legi dei secundu interiorē hominē?  
Ille tamē a stimulo carnis suæ premebatur: *ij. Cor.*  
& rogans deum vt illum a se auferret non *ij.*  
est exauditus: vt haberet in quo virtutem  
exerceret suā: & ex infirmitate carnis suæ,  
humilitatis occasionē sumeret: & sic virtu-  
tē in infirmitate p̄ficeret. Ecce qui seruiūt *Job. iij.*  
ei non sunt stabiles, & in angelis suis repe-  
rit prauitatem, quanto magis hi qui habi-  
tant domos Luteas & terrenum habēt fun-  
damētum consumētur velut a tinea! Multi  
angelorum qui a deo vt illi seruiēt conditi  
fuerant, stabiles nō fuerūt: quoniā & si in ve-  
ritate creati fuerant, in illa tamen nō stete-  
runt: sicut de Lucifero Saluator noster ait,  
q̄ in veritate non stetit. Domus luteas ani-  
mæ humanæ habēt quādiu in corporibus *Joan. viij.*  
his velut in quibusdam domibus habitant.  
Quæ dom⁹ nō lapideæ sed luteæ p̄pter fra-  
gilitatē illarū dicūtur. Nā ob hanc causam  
idem Iob ad instar luti se cōditum esse alibi  
testat⁹ est. Memēto, inquit, q̄ sicut lutū fe- *Job. r.*  
ceris me. Harū domorū fundamētū est ci-  
bus & potus: quoniā huiusmodi rebus cor-  
poris vita fulcitur: & his innititur vt con-



HOMILIA.

seruetur: quibus sublatis velut fundamēto deiecto domum corruiere est necesse. Qui has domos habitant animæ scilicet, consumuntur velut a tineâ. Nam hoc est tineæ peculiare: vt eandem vestem vnde gignitur nascendo corrūpat: ita ex carne nostra bestialis oritur concupiscētia quæ eandē carnem simul & animā lacerat. Si spiritus angelici qui nulla carnis mole premuntur a veritate in qua conditi fuerant ceciderunt: quo modo animæ quas corpus aggrauat & ad inferiora trahit poterunt stare, vt non saepe in vitia corruant! Bene ergo dictum est, q̄ non est homo qui nō peccet. Quod autem Paulus ait nihil mihi conscius sum. Et rursus Iob ait. Neq; reprehēdit me cor meum in tota vitamea. De mortalibus intelligendum est sine quibus multos sanctos vixisse constar: alioqui sibi ipsi non constaret Iob, qui alibi ait. Signasti quasi in sacco peccata mea. Non est ergo homo quialiquo modo nō peccet, etiā si sanctus ille sit. Omnis ergo sanctus opus habet rogare deum pro sui peccati remissione impetranda. Pro hac orabit omnis sanctus in tēpore oportuno. Hinc est q̄ Christus saluator noster orare

ij. Re. vij.

Job. xliij.

Job. xliij.

DVODECIMA. Fo. cxlii.

nos docens, pro peccatorū remissione etiā orare instruxit. Nā inter alias illius orationis petitiones, hæc vna est. Dimitte nobis debita nostra (vel iuxta alium euāgelistam) dimitte nobis peccata nostra. Salubriter quidem & prudēter saluator noster ita orare admonuit, vt dum peccatorum veniam a deo petimus, conscientiæ suæ noster animus recordetur, & peccatores nos esse quotidie agnoscamus: qui pro peccatis nostris quotidie orare docemur. Quam orationē ecclesia toto terrarū orbe diffusa quotidie dicit: quia intelligit se in hac vita præsentī, quæ mille periculis patet, & tot miseris scattet, nondum esse sine macula & sine ruga quousq; in altam transmigret vitam in qua plene mundata sit. Quis ergo tam effrons erit, vt innocentiam sibi arrogare non erubescat! Quis etiā tam superbus, vt sine peccato se esse gloriatur! Pelagius quidem & illius fautores, quos pater mendacitā pestifer o errore decepit, vt dicerenō sint veriti iustorū vitā in hoc sæculo nullū oratione habere peccatū quāuis propter humilitatem oportere dixerūt, vt omnes peccatores se esse fateātur: quasi humilitas ad sui cō-

Mat. vi. Luc. vi

HOMILIA. VI

fistentiam mēdacio aliquo egeat: & nō potius veritatem exigat vt vera illa esse possit humilitas. Falsa quidē conuincitur esse humilitas quæ aperto se tuetur mēdacio vt cōfistere possit. Sed si (vt hæc missa faciamus) nullus iustus peccat: quo pacto teste Salomone septies in die cadit! Præterea beatus Ioannes nō dixit superbos esse & arrogantes qui dicūt se non habere peccatū: sed dixit illos esse mendaces: mendaciū ergo est, iustorū vitam in hoc sæculo esse sine peccato. Rursum si iust⁹ in hoc sæculo sine crimine viuit: quare (Christo saluatore nostro id facere docente) pro sui peccati remissione deum orat dicens. Dimitte nobis debita nostra! Verum ne se hoc argumento conuictos faterentur, rimulam quandam qua elabi possent quærentes, dixerunt iustos viros ita orantes pro aliorum peccatis petere, non pro suis. Hanc tamen sententiam multorum iustorum exempla redarguunt. Iustus erat Iob & tamen pro peccatis suis orat dicens. Parce peccatis meis. Daniel sanctus & iustus deum sic orauit. Peccauimus iniquitatem fecimus, & reliqua multa quæ ibi non minus veraciter quam humi-

Job.  
 xiiij.  
 Dani.  
 vi.

DVODECIMA. Fo. cxliii.

liter fatetur. Ne autē putaretur qd̄ priora verba non de suis sed potius populisui peccatis dixerit, post verba illa subdidit. Cum orarem & confiterer peccata mea & peccata populi domino deo nostro. Noluit solum dicere peccata nostra, sed dixit populi sui & sua: quia futuros Pelagianos qui tam male intelligerent tanquam propheta præuidit. Sanctuserat Iacobus qui dixit. In multis offendimus omnes. Quare dixit omnes, nisi vt neminem a peccato liberum esse crederet! Et sapientissimus Salomon in sua oratione dixit. Non est homo qui non peccet. Aut ergo iustus, homo non erit, aut sine peccato non erit. Si omnis homo quamlibet sanctus peccato nō caret: necessaria erit omni homini etiam sancto oratio qua deum pro peccatis suis precetur. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Si sancti pro suis peccatis orant: cur peccatores pro suis deum orare recusabunt! Orate deum peccatores omnes, & dicite illi. Dimitte nobis peccata nostra. Nam si hoc ex animo dixeritis: fidelis est deus, qui vere (& vt decet) petentibus se non negabit. Vera

Jaco.  
 iij.

iij. Re.  
 gl. viij.



## HOMILIA

enim oratio peccatorū remissionem absq̄  
dubio impetrare valet: quoniā quæ talis est  
fine lachrymis esse nō potest. Imo quo ma-  
gis mireris, lachrymæ ipsæ si ex animo oriū-  
tur, petitiones sunt quæ mox vt eruperunt  
deo innotescūt. Tacētes petunt, nec repul-  
sam pati nouerūt: quoniā quicquid petunt  
obtinēt. Vnde propheta in alio quodam  
psalmo ait. Aurib⁹ percipe lachrymas meas.  
Nō dixit: vide lachrymas meas: sed aurib⁹  
percipe. Clamare ergo illas cōuincitur, cū  
non oculis sed auribus percipi debeāt. Hic  
mihī fortasse aliquis obiiciet quod cæcus  
ille euangelicus iam visui restitutus, dixit.  
Peccatores deus non exaudit. Si deus pec-  
catores nō exaudit, etiā cum illi pro suorū  
peccatorū remissione deum orauerint, nō  
impetrabunt. Cui obiectiōni melius respō-  
deri posse non puto, quam quod Augusti-  
nus ibidem ait. Adhuc inquit, inunctus lo-  
quitur, nam & peccatores deus exaudit. Si  
enim peccatores deus nō exaudiret, frustra  
ille publicanus oculos in terram demittens  
& pectus suū percutiens diceret. Deus pro-  
pitius esto mihī peccatori. Et ista confessio  
meruit iustificationē, quomodo iste cæcus

Isa. rxiij.

Joan. ix.

Luce. xvij.

## DVODECIMA. Fo. cxv.

illuminationē. Hæc Augustinus. Q̄ si quis  
cæcum vera dixisse cōtendat, eius dictum  
ad solam miraculorū operationem referen-  
dum erit: ita vt sentiat cæcus deum non cō-  
cedere peccatoribus signorū operationē:  
quod verum est præsertim si talia fiunt in  
testimonium sanctitatis ipsius operantis.  
Alioqui si in fidei catholicæ testimonium  
fiunt, etiā ad petitionem peccatorū mi-  
racula fiunt: vt patet de exorcistis iudæis in  
quos nomē Iesu inuocātes dæmon infiliūt.  
Audit igit̄ deus petētes remissionem pecca-  
torū vere & ex corde: nō vt peccatores sed  
vt pœnitentes. Nam simul atq; petierint  
remissionem, transferūtur ab ordine pecca-  
torum in ordinem pœnitentium. Hinc sa-  
piens peccatorem hortatur dicens. Preca-  
re dominum & minue offendicula. Et apo-  
stolorum princeps Simoni pecuniam offe-  
renti pro potestate cōferendi donum dei,  
dixit. Roga deum, si forte remittatur tibi  
hæc cogitatio cordis tui. Seruus ille decem  
milliū talentorū debitor oratione sua remis-  
sionem omnium illorum arege impetrauit:  
quæ rata permansisset si eandem ille confer-  
no suo impendisset misericordiam, quam

Actū. xij.

Eccle. xvij.

Actū. vij.



### HOMILIA.

a dño suo acceperat. Nam cum ille conser-  
uo suo auisterus nimium fuisset, rex incre-  
pansillum dixit illi. **Matth.** **rvij.** Omne debitum dimissi  
tibi, quoniam rogasti me. Debita nostra  
peccata sunt, quæ nobis deus dimittit cum  
pro illorum remissione firmiter & cum fi-  
ducia illum oramus. Quam in re benignitas  
dei simul & liberalitas eius maxime elucet:  
quoniam cum tantum sit debitum, vt pro  
vno solo peccato omnes omnium hominum  
facultates non sint soluendo, ille tamen fa-  
cile nobis omnia condonat, si ab illo humi-  
liter remissionem petere non recusamus.  
Facile quidem peccatorum remedium quod  
minimo labore constat, reliquit nobis deus.  
Non est quidem via longa eunda: non ma-  
re transfretandum: nullæ sunt opes expen-  
dendæ: sola a te exigitur humilis postula-  
tio. Absq; sumptu & cruciatu est huiusmo-  
di antidotum in pristina valetudinis firmi-  
tatem restituens. Talia vulnerum remedia lar-  
gitur nobis clementissimus dominus. Cum  
ergo tam facilis sit hæc peccatorum medici-  
na, quæ solam veram orationem exigit, negli-  
gentissimus merito reputabit qui illam acci-  
pere cõtempserit. Si rem grandem a nobis

### DVODECIMA. Fo. cxvi.

exegisset deus, certe offerre vltro debere-  
mus pro tam immensi debiti remissione:  
quanto magis cum rem tam faciliem a no-  
bis requirat vt sola delictorum confessio-  
ne & humili veniæ postulatione sit conten-  
tus: Hic fortasse aliquis contra sentire co-  
nabitur dicens carum nimis esse quod pre-  
cibus emitur: adeo vt multi homines li-  
bentius pecunias quam preces effundere  
velint. Esto apud homines iusta id facien-  
di & honesta possit succedere occasio: non  
tamen apud deum. Recusant enim ho-  
mines ab aliis petere ea quæ vident, & mo-  
dico precio haberi possunt: & pro huius-  
modi rebus citius pecunias quam preces  
sunt offerre parati. Quauis etiam res,  
magnæ sit apud illum æstimationis, ab in-  
feriori vero aut æquali superbia reniten-  
te, nunquam eam petere attentabit: ne  
hac ratione inferiorem illo se esse fateatur.  
Si ille etiam quem precaturus est, sit digni-  
tate & potestate multo superior, pete-  
re adhuc formidabit, propterea quod ti-  
mebit petitionis suæ repulsam pati, quod  
si contingat durum existimatur. Vnde  
illud poete.

HOMILIA.

**Matth.** Durum est sex negare: cum rogeris  
**tiatis.** Quanto durius anteq̄ rogeris!  
 Hæc autem omnia absunt longissime ab eo  
 qui pro sui peccati remissione deum orat.  
 Rem siquidem tantam petit quantam nul-  
 lus hominum dare potest, imo nec angelo-  
 rum. Propter quod Iudæi cum audirent  
 Christum cuidam paralytico dicentem: di-  
 mittentur tibi peccata tua: murmurabant  
**Luc. v.** dicentes. Quid hic sic loquitur! Blasphæ-  
 mat. Quis potest dimittere peccata nisi so-  
 lus deus? Tanta res est peccati remissio, ut  
 regnis & principatibus præstet: parū hoc  
 esset nisi etiam toti huic mundo iure præ-  
 poneretur. Quid prodest homini si vniver-  
**Matth.** sum mundum lucretur anima: vero suæ de-  
**rvj.** trimentum patiatur! Deinde quantum sit  
 deus quousque homine superior, nec lingua  
 exprimere, nec mens humana capere suffi-  
**Apo.** cit. Ille est qui in femore suo scriptum ha-  
**rit.** bet. Rex regum & dominus dominan-  
**Job. x.** tium. Ille est coram quo curvantur qui por-  
 tant orbem. Ille est cuius manus nemo  
 effugere potest. Quis ergo tu es o pec-  
 cator qui deum orare dedignaris! Quem  
 te ipsum facis qui deum precari contemn-  
 nis!

DVODECIMA. Fo. cxvii.

Excelsior cælo est, & quid facies! Profun- **Job. xi**  
 dior inferno, unde agnosces! Longior ter-  
 ra mensura eius & latior mari. Si subverte-  
 rit omnia vel in vnum coarctauerit quis con-  
 tradicet ei! vel quis dicere ei poterit, cur ita  
 facis! Ipse enim nouit hominū vanitatē, &  
 videns iniquitatē nonne considerat! Vir va-  
 nus in supbiam erigitur, & quasi pullū ona-  
 gri se liberū natum putat. Tu ergo o pecca-  
 tor crede mihi, noli in supbiam contra om-  
 nipotentē erigi: humiliare sub omnipotēti  
 manu illius: expāde ad illum manus tuas: &  
 pete ab illo tuorū omnium peccatorū veniā.  
 Ut autem illam assequaris crede firmiter te  
 assequuturū, & obtinebis. Crede te non pas-  
 surum verecundiā si vere & ex animo petie-  
 ris: & de illius veritate & bonitate speraue-  
 ris. Nunq̄ ille fallere nouit. Cogitationes il- **Matth.**  
 lius non sunt ut cogitationes hominū. Non **rvij.**  
 est deus quasi homo ut metiatur. Ille autem **Mat.**  
 dixit. Petite & accipietis. Et iterum. Si quid **vij.**  
 petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. **Joan.**  
**rvj.** Cum ergo tam firmiter suam fidem ille no-  
 bis obstrinxerit: non est cur petere formi-  
 des. Cælum & terra transire poterunt: ver-  
 ba tamē illius nunq̄ poterunt præterire, sic

HOMILIA

v. regū  
xij.
Mat.  
xxv.  
Luce.  
xviij.
Luce.  
vij.
Luce.  
xxij.
 vt facta ille dictis non compēset. Pete ergo  
 ab illo tuorū veniam peccatorū: quoniā ille  
 donare nouit, si tu petere scias. Nullus un-  
 q̄ vere & ex animo ab illo petiit qui non im-  
 petrauerit, Periuit Dauid adulteriū & ho-  
 micidii crīmen sibi donari, & obtinuit. Pre-  
 catur Petr<sup>9</sup> amarissimo fletu pro scelere ab-  
 iurata negatiōis, & exaudit. Orat publica-  
 nus pro suis ad deum delictis, percutiēs pe-  
 ctus suam: & descendit de tēplo in quo ora-  
 bat, iustior q̄ Pharisaeus. Petit Magdalena  
 corde magis q̄ uoce suorum veniam pecca-  
 torū, & audit a domīo. Remittunt tibi pec-  
 cata tua. Latro deniq; in cruce pēdens post  
 q̄ se digna factis suis pati confessus est, pos-  
 tulauit a Christo saluatore nostro vt illius  
 in regno suo memor esset: & sic exauditus  
 est: vt ab eodem saluatore audire mereret.  
 Hodie mecum eris in paradyso. O immen-  
 sam dei clemētiam. O largissimā misericor-  
 diam. Non arētatur illa: Non clauditur se-  
 ne. Nullas habet metas. Sit qui inuocet, &  
 erit qui exaudiat. Sit qui pœniteat, & non  
 deerit qui indulgeat. Pro hac orabit omnis  
 sanctus in tempore oportuno. Verum hīc  
 monere dignū duxi quod ille ait: in tempo-

DVODECIMA. Fo. cxviii.

re oportuno. Omnia tempus habent, ait sa-  
 piens, & suis spatiis transeunt yniuersa sub Eccl<sup>s</sup>,  
 coelo. Tempus flendi, & tempus ridendi. iij.  
 Tempus plangendi & tēpus saltandi. Tem-  
 pus etiam orandi: & tempus cessandi ab ora-  
 tione. Præsens hęc uita fletui deputāda est:  
 sequēs uero ad risum destinata. Hęc ad plā-  
 ctum, illa ad exultationē definita. Hęc ora-  
 tionibus & petitionibus cōuenit: illa uero  
 ad fruendū eo quod orationibus aliisq; me-  
 ritis, a deo impetratum est. Hęc ad meritū:  
 illa ad prœmīum. Tempus oportunū inter-  
 ueniendi pro aliquo est, quando ille emen-  
 dari potest. Tempus oportunū est uita præ-  
 sens, in qua qui pro sui peccati remissione  
 non orauerit, postea et si orauerit nihil ei  
 ad salutem proderit oratio. Igitur dum tē-  
 pus habem<sup>9</sup> operemur bonū. Nunc enim  
 tempus est acceptabile ad pœnitentiam: ad  
 lachrymas: ad orationem: ad peccatorū cō-  
 fessionem faciendam, & remissionem obtinē-  
 dam. Post mortem intēpestiua est confes-  
 sio: intēpestiua etiam oratio. Ideo enim dī-  
 ues ille qui induebat purpura & bysso cum  
 rogasset patrem, vt mitteret Lazarum: qui  
 digito intingens refrigeraret linguā illius: Luce.  
xvi.



HOMILIA'

non est exauditus. Inutiliter quidem rogauit in inferno, qui utiliter rogasset in mundo. Si igitur post mortem non est accepta poenitentia: neque post mortem exaudiet oratio: oportet ut poenitentiam non differamus: quoniam (ut ille optime dixit) semper nocuit differre paratis. Nescit enim homo finem suum: & ignorat an diem illum in quem poenitentiam differt, videbit. Propter quod sapiens ait. Non tardes conuerti ad dominum: & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius: & in tempore vindictae disperdet te. Tempore ergo accepto, clamemus ad deum pro nostrorum venia peccatorum, & exaudiet nos. In die salutis inuocemus illum & adiuuabit nos. Tempore opportuno confiteamur peccata nostra: & illorum remissionem ab illo petamus, credentes quod misericors est & prestabilis super malitia: credentes insuper quod fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate: ut sic mundatos introducat in regnum gloriae suae, per merita Iesu Christi filii sui, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in saecula saeculorum. Amen.

Lucanus,

Ecclesiasticus,



TERTIADECIMA. Fo. cxxx.  
HOMILIA TERTIADECIMA.

Veritamen in diluuió aquarum multarum ad eum non approxímabunt.



Vpra dixerat, temporis oportunitatem esse summe necessariam ut oratio quae pro peccatorum remissione ad deum fit, aliquid impetrare valeat: nunc explicat quale tempus non sit opportunum. & ait. Veritamen in diluuió aquarum multarum ad eum non approxímabunt. Sed hic peccatori libet, an propheta censeat aliud fore diluuium quale scriptura sacra testatur olim tempore Noe iam praecipisse? Nequaquam hoc prophetam sensisse vilo modo suspicari licet: quoniam deus iam olim fidem suam obstrinxerat, nunquam tale futurum diluuium, sic inquires. Statuam pactum meum vobiscum: & nequaquam ultra interficiet omnis caro aquis diluuii: neque erit deinceps diluuium dissipans terram. Et in huius foederis signum posuit arcem suam in nubibus caeli: illo videlicet loco quo ab omnibus conspici posset. Arcus autem hic ignem & aquam ostendit: quoniam ex parte caeruleo, & ex par-

gen. viij

gen. ix.

HOMILIA

te rubicundo afficitur colore: quo dupli-  
 colore vtrūq; testatur iudiciū, vnum vide-  
 licet iam per aquam factum, & alterum per  
 ignem faciendum. Quotiescunq; hic arcus  
 apparet, deo ita volente, innuit nobis terrā  
 non amplius aquarum inundatione esse pe-  
 dendam. Esto etiam aliud esset futurū dilu-  
 uium, nihil obstaret illa aquarū inundatio  
 quo min⁹ ad deum approximare possit pec-  
 cator. Quid ergo est quod ait David, verū  
 tamen in diluuiū aquarū multarū ad eum  
 nō approximabūt: Cogimur certe hic my-  
 sticam & spiritalē intelligentiam, & non so-  
 lam literæ superficiem amplecti: qm̄ (vt ait  
 Paulus, litera occidit, spiritus autem est qui  
 viuificat. Iuxta mysticam igitur huius lite-  
 re intelligentiam variē hic locus a doctorib⁹  
 exponit: quoniā alius aliam huic literæ præ-  
 bet interpretationē. Nec mirū: nam cum di-  
 luuium sit quædam aquarū inundatio: oportet  
 vt iuxta variā in sacris scripturis a-  
 quarū significationē, variā etiam sit diluuii si-  
 gnificatio. Aliquando enim aquarū nomi-  
 ne significant variæ hæreticorū doctrinæ:  
 sicut apud Salomonē dicitur. Aquæ furti-  
 næ dulciores sunt. Dulciior quippe stultis

ij. Co.  
 rim. iij.

pner.  
 ij.

TERTIADECIMA. Fo. cxx.

ac perditis hæreticis, doctrina eorum vide-  
 tur, q̄ aqua sapientiæ salutaris, doctrina sci-  
 licet ecclesiæ catholicæ. Harum ergo aquarū  
 diluuiū erit multiplicitas doctrinarū.  
 Et de hoc aquarum diluuiū censet Hiero-  
 nymus, Augustinus, Gregorius, Cassiodo-  
 rus hūc psalmi versiculū posse intelligi: quo-  
 niā doctrina dei vna est: hæreticorū autem  
 multæ & variæ: & quo magis quisq; hanc  
 doctrinarū varietatem sequitur, eo magis  
 a deo vero recedit. Propter qđ Paulus mo-  
 net nos, vt ab huiusmodi doctrinarū varie-  
 tate fugiamus, sic inquit. Doctrinis va-  
 riis & peregrinis nolite abduci. Illi ergo tē-  
 pus opportunum ad peccatorū remissionem  
 assequendam non habent, qui in diluuiū a-  
 quarū multarum, id est, variarum doctrina-  
 rum sunt. Nam sicut vna est ecclesia catho-  
 lica: & vnum baptisma: ita etiam vna fides:  
 vnum euāgelium: vna doctrina. Quoniā &  
 si quattuor sint euāgelistæ, vnum tamen  
 est eorum quattuor euāgelii: quoniā idem  
 omnes sentiunt: nullus alteri dissentit. Hinc  
 est qđ Ezechiel propheta, sancta illa quat-  
 tuor animalia describens, quæ euāgelista-  
 rum figuram tenēt, quattuor facies eorum

Hebr.  
 riiij.

HOMILIA

*Exc. j.* quodlibet habere dixit: hoc est, suam & aliorum trium. Quodlibet eorum facies aliorum trium habet: quia (vt verbis beati Gregorii vtar) si quæras quid Matthæus de incarnatione domini sentiat: hoc nimirum sentit quod Marcus Lucas & Ioannes. Si quæras quid Ioannes sentiat, hoc pculdubio quod Lucas Marcus & Matthæus. Hoc idem de Marco & Luca sentire oportet. Concorditer sentiunt: concorditer scribunt. Neque aliter sentire poterat: cum esset eorum cor vnum & anima vna. Nam si illorum sensus variasset, variasset etiam corda erat necesse. Propter hoc enim illorum omnium cor vnum esse dicunt: quia vnus erat illorum sensus: vna illorum fides: vna doctrina. Vna ergo est totius ecclesie doctrina quam per tot sæcula a Christo nato ad hunc vsque diem seruauit, docuit & credidit. Hæreticorum autem non vna est doctrina, sed multæ. Hoc enim solenne est illis, vt nunquam vnitatem custodiant: quam nobis obnixè cõmendauit Paulus dicens. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: Sed quisque illorum aliquid noui afferre satagit, quo aliis doctior videri possit. Hoc tale doctrinarum variarum diluuium Germaniam

*Ephe. iij.*

TERTIADECIMA. Fo. cxxi.

nunc heu totam inundat: in qua tam multa sunt hæreticorum dogmata, vt vix dua aut tres sint ciuitates inter quas de eodem dogmate conueniat. Qui ab hac doctrinae vnitatem recedit: eo ipso a deo se longissime separat. Quonia in diluuium aquarum multarum ad eum non approximabunt. Hæc interpretatio adeo placuit Gregorio & Cassiodoro, vt nullius alterius meminerint. Ego tamen illam sic probo, vt illam nec ausim refellere, nec mordicus tenere. Non enim ego talis sum ac tantus, vt quod illi pbauerunt ego improbare audeam. Verum neque illi tales sunt ac tanti, etiam si gigantes magni sint: vt nobis in scripturarum sacrarum interpretatione præscribere possint: vt aliter quam illi interpretati sunt scripturam sacram interpretari non liceat: præsertim cum scriptura sacra tam fecunda sit in sententiis, vt non solum binos sed ternos & quaternos alat vberè foetus. Sit ergo illorum interpretatio vera & literarum cõueniens: ego tamè aliter & forte cõuenientius de multitudine tribulationum posse intelligi non dubito. Nam aquarum nomine, tribulationis varietas & multitudo sæpe in sacris literis significatur: quoniam sicut alta aqua multos sæpe sic op

HOMILIA

primū vt in ea pereāt & suffocēt: ita magnitudo tribulationis multos vitis succubere facit. Propterea ille cuius via in mari erat & semita in aquis: multis diuinū implorabat auxiliū dicens. Saluum me fac deus, qm̄ intrauerūt aqua vsq; ad animā meam. Deinde sicut aqua extinguit ignem: sic tribulatio aliquorū charitatem. Non om̄is, omnē: qm̄ et si magna & vehemēs tribulatio parua charitatis scintillam extingueri valeat: magnum tamē charitatis ignem non solū non extinguit sed sapissime auget. Hæc est enī illa aquarū multitudo de qua in canticis dicitur. Aquæ multæ non potuerūt extingueri charitatē. Quia quæ vera charitas est: omnia suffert: ppter qd̄ nulla ei tribulatio obesse poterit. Cum iuges & multiplices & vehemēs sunt tribulationes, tunc quasi torrens inundans est tribulatio. Hac enī metaphorā vsus est Esaias dicens. Iustitia tua sicut gurgites maris. Et ip̄emet deus tribuit iuda & Beniamin per pphetam Oseam minatur dicens. Effundam sup̄ eos quasi aquā iram meam. Vide hic iram dei aquæ effusæ cōparatam: qm̄ aqua impetuosa, & torrens aliquis inmodicis imbribus, & niuibus dis-

psalm<sup>9</sup>  
lxxij.

Lanti.  
vij.

Esai.  
lxxij.

Osee. v

TERTIADECIMA. Fo. cxxii.

solutis exasperatus multa dissipare solet: sic ira dei, nisi misericordiæ recordari velit omnes peccatores euerit. Harum aquarū diluuiū tunc erit, quando deus ad iudiciū uenerit. Est etiam diluuiū aquarū in morte cuiuslibet peccatoris: illius præsertim, qui in multis delictis vitam suam transegit: cuius conscientiam multa accusant peccata. Sed hoc diluuiū particulare est, aliud uero generale. De utroq; istorū hunc psalmi versiculū posse intelligi censeo: ita vt per illa uerba ppheta docear: nec illius tremendi iudiciū tēpus, nec mortis horam esse tempus opportunum ad peccatorū remissionē obtinendam. Hoc tamen inter vnum & alterū temp<sup>9</sup> interest, q̄ vltimū iudiciū temp<sup>9</sup>, omnino importunū est vt quis p̄ suis peccatis exoret: qm̄ etsi cum lachrimis multū p̄tā sibi remittit petat, nūq̄ tñ impetrabit. At mort<sup>9</sup> tēpus nō sic est importunū, vt qui tūc vere poenitet exaudiri nō possit: qm̄ ante vltimū vitæ claudit p̄tōri, vt cum uirginibus tarde uenietib<sup>9</sup> dicat illi, Clausa est ianua. Sed ideo tempus illud tunc est importunū: quia etsi deus parat<sup>9</sup> sit audire: qui tamē male habet,

Mat.  
xxv.



### HOMILIA

& torquet non est tunc aptus ad orādum. Duplex itaq; est importunū orationis tempus: alterū cum mors peccatori instat: alterum cū iudicat, aut cū iam iudicat<sup>9</sup> est. In altero peccator etiam si velit non est ad orādum aptus: qm̄ multa sunt quæ illū ab oratione auertūt. In altero etiā si peccator omnes suas expēderet in orōne vires, deus iam non est audire paratus: qm̄ terminū orationi constituit, quem nunq̄ transgrediet. De vtroq; ergo tēpore, sub nomīe diluuii aquarum multarū Dauid ait. Verūtamen in diluuiō aquarū multarū ad eum nō approximabunt. Qm̄ in hora mortis rarus est qui ad deum appropinquet, si antea longe ab illo per peccatū recesserat. In iudicio autē nullus iam ad illum redire poterit ex iis quos mors extra salutis statū intercepit. Et huic nostræ interpretationi nō desunt magni nominis patroni. Nam Hieronym<sup>9</sup> et si primæ interpretationi vteūq; faueat: hanc tñ inter alias quasi magis literæ germanā primo loco posuit. Cum em̄ in expositiōe pximæ præcedētis versiculi dixisset tēpus oportunū ad orandū esse vitam p̄sentem, statim in interpretatione p̄sentis versus hæc subdidit.

### TERTIADECIMA. Fo.cxxiif.

Multū fluct<sup>9</sup> diluuiōz in iudicio impios valabūt, qui sanctis nocituri non erūt. Verūtamen in diluuiō aquarū multarū ad eum nō approximabūt. Hæc Hierony. Beatus etiā Augustin<sup>9</sup> in prima hui<sup>9</sup> psalmi expositiōe (nam in sc̄da quā de hoc psalmo ædidit expōne hūc versū de multiplicitate doctrinæ exponit) de iudicii die interpretat. Ex quib<sup>9</sup> cōstat & Augustinū & Hieronymū aquarū nomine tribulationē & dolorē intellexisse. Propter qd̄ illos ego imitatus de hora mortis & iudicii tēpore hunc locū p̄tractādum censui: qm̄ in hora mortis etiā est huiusmodi aquarū inundatio, quīs non tanta sicut in iudicio. Singula igit̄ suo ordine discutiamus: & primo de extrema valetudine: postea vero de die iudicii hunc versum p̄tractemus. Verūtamen in diluuiō aquarū multarum ad eum non approximabūt. Tanta est sēpenumero in morte plurimorū inundatio tribulationū: vt merito tunc diluuium aquarū multarū dicere possis. Primo quidē ipse mortis timor moribundū hominē præsertim viuere cupiētem, vehemētissime cruciat. Crux enim & quidē acerbissima est illi, qui timet quē vincere non potest.



Quif-  
dius.

## HOMILIA

tem tam iniustus ynquã fuit, qui tãdem a morte non vinceret? Aut quis ynquã tam liber natus est, qui mortis legib⁹ non sit parere coactus?

Tendimus huc omnes, metam pperamus ad vnam.

Omnia sub leges mors vocat atra suas.

Quo fit vt ipse mortis timor sine dolore acerbo esse nõ possit, in illo qui mortis man⁹ se effugere posse nõ credit. Et tãto maior erit hic cruciatus, quanto minores suppetũt illi ad tolerãdum vires. Longa siquidẽ valetudo, corporis & animi robur prorsus deficere nedum minuere solet: vnde euenire necesse est, vt membra prolixo languore debilitata, minimo dolore crudelissime torqueant. Sunt adhuc alia multa prater ipsum lãguoris dolorem, quæ moriẽtem hominẽ vexare solent. Mundi quem deserit, & deliciarũ illius immodic⁹ amor. Vxor quã effrenate adamauit: filii quos illicite dilexit. Diuitiæ pro quibus cõgregandis tot labores subiit, toties maria transiretãuit, toties deum spreuit, vt illum diuitiis postponeret. Cum hæc omnia velit nolit se derelicturũ consideret, quãto putas dolore ille afficietur? Fieri qui

## TERTIADECIMA. Fo. cxxiiii.

dem est necesse, vt tanto crucietur in cerebro hæc omnia amittens, quanto exultabat gaudio illa possidens. Quis iam tam durus ac ferreus erit, vt mens illius tot doloribus non perforetur? Quis tam constans, vt tot ictibus non deficiatur? Cuius iudiciũ tam firmũ erit & stabile, vt inter tot cruciatus non vacillet? Est enim tanta doloris vis: vt sæpe mẽtem a rationis vsu dimoueat. Nam & metus qui impendentis mali opinio a Cicerone diffinitur: hoc efficere potest. Ipse enim Tullius pauorem diffiniens dicit esse metum mẽtem de loco mouẽtem. In cuius rei confirmationẽ Ennium adducit dicentem. Tum pavor mihi sapientiam omnẽ ex animo expectorat. Et sapiens ob hanc causam animæ aegritudinẽ vino multo cõparasse mihi videtur. Amaritudo animæ, inquit ille, vinum multum. Nam sicut vinum multum corpus inebriare solet, & mentem a ratione superare: ita etiam nimius dolor, aut nimia tristitia, mentem ebriam facit vt compos iudiciũ illa non sit. Ita enim natura comparatum est, vt longe acrius ea perturbent quæ molesta sunt quã iucũda delectet. Cum igitur voluptates & libidines ratio

lib. iij.  
c. xxi.

Eccli.  
xxxj.

## HOMILIA

nem a mente peccul abiciant: hoc idem dolores efficere posse erit necesse. Age nunc obsecro quo pacto. qui metis defectum patit dignam poterit agere poenitentia: ad quam tanta exigitur peccatorum inuestigatio: tanta illorum cognitio, quam vix ullus acutissimus homo sine dei speciali auxilio praestare potest! Sunt enim illorum multa tam abditata atque reclusa: ut ipsos illorum auctores quamlibet doctos atque prudentes sapissime lateant. Nam pro his propheta deum orabat dicens. Ab occultis meis munda me domine. Is igitur qui mortis doloribus iam est circumuentus non est orationi aut poenitentiae aptus: quam ipsis doloribus urgentibus vix potest quicquam aliud quam morbum cogitare: quo fit ut non solum occulta, sed manifestissima quae illum latebant peccata: & quae ante languorem ob oculos semper versabantur, illa sint magis obliuioni tradita. Verumtamen in diluuium aquarum multarum ad eum non appropinquabunt. Quoniam in morte, ubi est dolorum inundatio, homo vix de peccatis cogitare permittit. Esto etiam morbus tam mitis sit, & dolores tam leues, ut per illos peccata sua recogitare homini morienti liceat: & omnia in me

psalm<sup>9</sup>  
xvii.

## TERTIADECIMA. Fo. cxxv.

mortem reuocare valeat, vix tamen qui longam cum peccatis traxit consuetudinem poterit tunc ab illis diuelli. Vix poterit subito detestari, & (ut decet) abominari: quae longo tempore ante ardeat amauerat. Tanta est enim consuetudinis vis, ut fere transeat in naturam. Propter quod deus Iudaeis longa peccatorum consuetudine obduratis per prophetam Hieremiam loquens, ait. Si mutare potest aethiops pellem suam aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Ut quis longam vincat consuetudinem, maximis viribus indiget: quo modo ergo illam superare poterit, qui omnibus fere corporis & animae viribus est destitutus! Et si forte se peccasse poeniteat: non tamen ea poenitudine quae ad peccatorum remissionem impetranda sit satis. Illa enim quae pro peccatis intercedere valet (ut in alio sermone iam me longius dixisse memini) a charitate proficisci debet: quoniam illa quae a solo timore oritur, & si prorsus inutilis non sit censenda: pro peccatorum tamen remissione deum exorare non valet. Nam (ut beatus Augustinus ait) oportet non solum timere iudicem, sed diligere: arbitri enim

Hiere,  
xiiij.

Hom,  
iiij.

HOMILIA

libertate quarit ille vt dolere possit comissa  
non necessitate, charitate non timorem. At,  
qui antea peccatis assueti & iam mortis ti-  
more cogente peccata sua desunt & illa sa-  
cerdoti confitentur, creditur non propter  
dei amorem & verum peccati odium id fa-  
cere, sed poenarum timore, quas nisi fecer-  
int, certas sibi paratas sciunt. Hoc autem  
in multis ita esse, vel ex eo facile conici po-  
test: q̄ si contingit eos conualescere, peccata  
quibus per confessionem renunciauerunt, re-  
perunt, & tanq̄ canes ad vomitum redeunt.  
Est adhuc aliud & certe omnium horum vr-  
gentissimum argumentum per quod aperte co-  
uincitur, vt homini peccatis assueto diffici-  
lima sit in mortis articulo poenitentia: quo-  
nia tunc demon magna sedulitate & accerri-  
ma tentatione morientem inuadit. Tunc du-  
riora apponit certamina: tunc acerbius illum  
costringit: & tanto vehementius oppugnat  
quanto iam breuius tempus sibi ad vincendum  
remanisse videt. Nam Pharaon ille qui filios  
Israel in Aegypto existentes durissime affli-  
xit, multo potentiore apparatu & vehemen-  
tiore exercitu illos est insequutus ex Aegy-  
pto exeuntes quam in Aegypto morantes.

Erosi,  
fuij.

TERTIADECIMA. Fo. cxxvi.

Hoc idem demoni contingit qui morientem  
hominem velut ex Aegypto exeuntem acerbius  
affligit quam in mundo existentem. Cognoscit  
siquidem post mortem nullum esse pugnae  
locum, ac proinde omnes suas tunc expen-  
dit vires, vt illum in sui deditioem venire  
cogat. Hoc est quod propheta pertimescens  
dicebat. Ipsi calcaneum meum obseruabunt.  
Calcaneum nostrum daemones obseruant  
cum morti nostrae illi insidiantur. Per calca-  
neum quod finis est corporis mortem intel-  
ligimus quae terminus est vitae praesentis.  
Et bene calcaneo comparat: quoniam huc a tergo  
portamus: & vix illum & raro conspicimus. Nihil  
est autem quod magis nostros oculos effugiat,  
quam mors: raro & quasi coacti de illa cogita-  
mus. Huc calcaneum maligni spiritus obseruat:  
quia circa finem vitae praesentis nos supplare  
conatur. Propter quod serpenti a domino dicitur.  
Ipsa conteret caput tuum: & tu insidia-  
beris calcaneo eius. Caput serpentis in initium est  
diabolicae suggestionis. Caput ergo serpen-  
tis conterit qui in initio tetationis diabolicae  
contradicit: sed serpens qui in principis vin-  
citur, percutere calcaneum molitur: quia vitae  
initia quamuis quisque bona & studiosa habeat

Stat.  
lv.

Gene.  
ij.

HOMILIA.

dæmon contemnit, modo illum ad malum vitæ exitum perducere possit. Scit enim optime dæmon q̄ deus non cōsiderat qualia quisq̄ habuerit inītia: qualia etiam media: sed solos inuestigat vitæ nostre exitus.

**Mat.** Non enim qui incepit, aut qui ad medium vsq̄ vitæ progressus est: sed qui perseverauerit vsq̄ in finē hic saluus erit. Et propter hanc causam nō solos peccatores sed etiam iustos homines dæmon fortius in morte inuadit, quia scit tunc de tota hominis salute agi. Nā beato Martino moriēte dæmon adfuit, quærens an ab illo moriēte aliquid capere posset cui sanctus magna cum fiducia respōdit. Quid hic adstas cruēta bestia! Nihil in me funeste reperies: sed sinus abrahe me suscipiet. Nec miror q̄ sanctos oēs inuadere tentet, qui sanctum sanctorū & totius sanctitatis authorem aggredi nō dubitauit. Ipse siquidem saluator noster cum iam non longe esset a morte dixit. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquā. In Christo dæmon aliquid se inuenire credidit: in eo tamen nihil habuit: quoniam peccatū non fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Ob hanc causam saluator

Joan.  
iij.

s. Pet.  
ij.

TERTIADECIMA. Fo. cxxvij.

noster mortī propinquus factus in agonia prolixius orabat: nō q̄ ipse tūc pertimesceret: aut prolixa oratione indigeret, cū deū a dextris suis haberet qui illum cōtinuo seruabat: sed vt nos exēplo suo doceret. quid morte appropinquante agere debemus. Oportet enim tunc eo vehementius orare & prolixius: quo diabolus nobis fortiores adhibet tentationes. Tunc quisq̄ exitum suum orationibus suis & aliorū fidelitū munire debet, rogans deum, vt exitum suum a dæmone custodiat: & ne permittat animā quam precioso sanguine suo redemit seuissimis bestiis ad deuorandum tradi. Intellexerat optime hoc mortis periculū Dauid qui deum orans in alio psalmo dicebat. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus præualui aduersus eum. Laqueos quos dæmon in morte parat, se pertimescere ostēdit: qui se tunc illuminari, & a somno excitari petit: ne forte carnali aliqua delectatione tūc dormiēs: aut ignorātia aliqua ex cæcitate aptior sit, vt dæmonis insidiis decipiatur: aut tentationibus illius vincatur. Et in alio psalmo iterum ait. A timore inimici eripe animam

Luc.  
xij.

Psal.  
xij.

Psal.  
lxij.



### HOMILIA.

meã. Quomodo ergo virgulta stabunt, si hoc pavoris turbine etiã cedri quatuntur? Si sancti dæmonis insidias in morte suspectas habent: qualiter peccatores securi esse poterūt? Si si qui venialiter peccāt tanto timore trepidāt, quid facient illi qui quotidie læthalia peccata cõmittere non formidāt? Si illi qui armis bonorũ operũ & longo virtutũ exercitio instructi aduersus durissima quæ dæmon in morte offert certamina se posse stare nõ credūt: quomodo stabūt peccatores inermes, & omni virtutis auxilio prorsus destituti? Difficilimũ igit est, vt qui vsq; ad mortẽ peccata protraxit, verã possit in morte illorum agere poenitẽtiã. Verũ tamẽ in diluuiõ aquarum multarũ ad eum non approximabunt. Nec tamen ob hanc causam mortĩ propinquus, est in desperationem adducẽdus: neq; hæc difficultas est homini moriẽti exponẽda, sed viuẽti & sano: vt per illã a poenitẽtiã procrastinatione reuocetur. Moriẽti siquidẽ, illa ingerenda sunt, quæ in spem erigere possunt, & vacillãtem animũ corrobore. Manifestãda est illi immensa dei misericordia, quæ nulli poenitẽti nõ parcat: enumerãdi sunt pecca-

### TERIADECIMA. Fo. cxxviii.

tores, & quidem quos potuerit salestiores quibus deus pro sua immẽsa pietate pepercit. Reuocãdum est ad memoriã Petri peccatum: Pauli in Christianos persecutiones: Magdalena delitiã: latronis deniq; vsq; ad mortẽ latrocinia ptracta sunt referẽda: quibus oib; diuina clemẽtia nõ est parcere dedignata: qm vsq; ad vltimũ vitæ hiatũ semper est deus misereri parat. Hæc & similia sunt moribũdo homini inculcãda, ne in desperationẽ metu seueri iudicii ille adducat. At, cõtra viuẽti & beneualẽti exponẽdũ est quã difficile sit, vt quis in agone cõstitũ dignã suis peccatis poenitẽtiã agat: vt hoc timore coactus, resipiscat, & sic sua pctã sacerdoti cõfiteat: timens & quidẽ iuste, ne si vsq; ad mortẽ poenitẽtiã distulerit, eam tũc agere nõ possit. Age igit poenitẽtiã dum potes, ne forte cũ velis, mortis dolorib; & dæmone impediẽtib; nõ possis. Age dũ sanus es. Age poenitẽtiã quãdo peccare tibi liberum est: & tũc de peccatoꝝ remissiõ securũ eris: quoniã si eo tẽpore poenitẽtiã egeris quõ iam peccare non potes, veniam peccatorũ suorũ tibi certam nõ facies. Hinc est quod in oblatione pro peccato illius qui iuxta le-

### HOMILIA.

gis præceptū nec pec<sup>9</sup> nec colūbas, nec turtures offerre valuit, oleū in ea mitti aut thus prohibetur. Ille pro peccato suo pecus offert, qui in bonis operibus exercet: qui corpus suum, vigiliis, ieiuniis, flagellis affligit: qui pauperibus misericordiæ opera impendit. Ille vero colūbas aut turtures solas propter paupertatem offert qui cum bona opera explere non possit, suam impotētiam deflet: nec enim ieiunare, aut vigilare, aut elemosynam dare sufficit, sed pro eo quod nō potest dolet: paratus tamē præstare si possit. Et huiusmodi tales qui bonum quod affectant exequi nō valent: pro hac sola bona voluntate sua diuinæ reconciliationis mercedem recipiūt. Sunt tamen aliqui tam pauperes, qui neq; hoc etiā ad offerendū pro sui peccati remissione impetranda habent: veluti sunt illi qui morte appropinquante pro multis quæ contra deum commiserunt peccata, nullam habent, aut boni operis, aut bonæ voluntatis oblationē quā deo possint offerre. Sed quia dum superest vita præsens, nō est hominī inter dicta emendatio, & per cōsequens peccatorū remissio: ideo adhuc oblationē quāuis pauperrimā

### TERTIADECIMA. Fo.cxxix.

tunc illi offerre conceditur: suorum videlicet plenam peccatorū cōfessionem. Sed oleum in ea non mittitur: quia talibus qui vsq; ad mortem cōfiteri differunt, certa misericordiæ spes promitti non potest. Nam cōfessio sola quam boni operis fructus, aut interiores gemitus nō comitatur, dubiam faciunt peccatorum remissionem. Thus etiā in tali oblatione apponi non permittitur: quia his qui eiusmodi sunt, orationis fiducia subtrahitur. Qui enim malam vitam emendare aut saltem desistere neglexit, cōgruum est vt indignum se dei misericordia censeat: nec impudenter, & aperta fronte eam sibi conferri oret. Petat tamen, sed quasi non petens: speret sed quasi desperans. In dei sola misericordia fiduciam habeat: de suis meritis desperet. Inter spem itaq; & metū collocatus deum oret, vt dimittat quod cōscientia metuit, & adiiciat quod oratio non presumat. Non permittit ergo deus, vt pauper iste oleū aut thus in oblatione sua apponat: quia non vult deus, vt is qui vsq; ad mortē pœnitentiā distulit, de certa indulgentia præsumat: aut illam libera fronte sine metu & reuerentiā petere audeat: quoniam eius



Fo. cxxx. HOMILIA TERTIA

peccati postulat remissionem pro quo dignam non prabet satisfactionem. Vult ergo deus etiam peccatorem qui vsq; ad mortem peccata protrahit, spem aliquam diuinae misericordiae si conueratur habere: sed vt peccatores ad poenitentiam statim agendum cogat, non vult certam misericordiae spem tribuere. Dimittite ergo incertum o peccatores: & quod certum est capite. Si poenitentiam in bona valetudine egeritis, remittet vobis deus. Si autem in mortis articulo illam feceritis: an deus remittat certum non habeo: quoniam incertus sum an digna tunc sit poenitentia. Dnm corpore valeatis poenitentiam agite. Dum peccare potestis, pro peccatis vestris orate. Peccata vestra dimittite, non expectetis, vt vos illa dimittant. Non vos timor mortis ad peccatorum confessionem compellat, sed amor aeterni regis alliciat. Et si ista peccata vestra fueritis confessi, haud dubie peccatorum remissionem impetrabitis per merita Iesu Christi saluatoris nostri qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in saecula saeculorum. Amen.

QVARTADECIMA. Fo. cxxx.

HOMILIA QVARTADECIMA.

Veruntamen in diluuiio aquarum multarum ad eum non approximabunt.



Cce adsum pmissioni meae, vt de extremo illo & horrendo iudicii die in quo tanta erit tribulationum multitudo, vt merito illud diluuiio aquarum multarum comparari possit: praesente versiculum exponamus, & doceamus illum temporis articulum ad remissionem peccatorum impetrandum esse prorsus ineptum. Nam hoc hesterno sermone promississe memini: & reddendi tempestiuum prorsus hoc tempus est, quo omnes vos ad audiendum iam conuenistis expectantes quid tandem haec mea promissio paritura sit. Vt autem quod dicimus vobis persuadere possimus, exoratos vos esse velim, vt aures mihi praebatis attentas. Iudicium vltimum simile futurum diluuiio saluator noster aperte satis expressit, cum apud Matthaeum dixit. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus

Mat.  
xxij,



HOMILIA.

filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes: nubentes, & nuptui tradentes usque ad eum diem quo intravit Neo in arcam: & non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes: ita erit & aduentus filii hominis. Quia ultimum iudicium improvidos consumet peccatores, ideo illud simile fecit diluuium quod tempore Noe omnes fere homines incautos oppressit. Tunc illi aquarum multitudine eos suffocante perierunt: & in ultimo iudicio tribulationibus variis inundatibus peccatores affligentur, & quasi consumentur. Omitto eas quae illos perpetuo manent, & ad quas sine fine tolerandas tunc damnabuntur: quoniam de his alium deo duce super alium versum postea habebimus sermonem. De illis solum disseram, quae in ipso iudicii actu oboriuntur. Prima quidem doloris pars & non parua erit subita ad iudicium vocatio: quando etiam qui in monumentis sunt audient vocem filii dei dicentis. Surgite mortui venite ad iudicium. Quae quidem vocatio non per intervalla fiet. Non dabuntur induciae: nulla erit praestolatio: sed subito, ut iam non sit locus poeni-

QUARTEDECIMA. Fo. cxxxj.  
tentiae sed iudicii. Vnde Paulus ait. Quando dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet, interitus. Quae quidem citatio tanto maiorem dolorem & turbationem peccatorum cordibus inferet, quanto magis improvidos illos intercipient: quoniam (ut recte beatus Gregorius dixit) minus iacula feriunt quae praevidentur: quo fit ut contra etiam, magis illos tormenta affligant quos nullo providentiae clypeo munitos invenerint. Hunc autem dolorem & turbationem augebit ipsa comparandi necessitas: quoniam tunc nulla poterit excusatio: non erit locus quo se possint abscondi: nullum erit tutum refugium: nullus qui illos recipere velit: sed velint nolint omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit. Nullus medio alterius responsio debet: nullus pro alio intercedet: nullus iuvabit alterum: sed pro se unumquemque rationem reddere oportet. Illos sic vocatos & coram iudice adstantes mirum in modum terribit: nimia iudicis severitas, & illius irata facies. Deus manifeste veniet deus noster & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Manifeste

j. Thes. v.

ii. Co. iiii. v.

ii. Sat. xlii.



HOMILIA.

veniet, non occulte, vt olim. Non enim tūc  
maiestas illius erit occulta: non abscondita  
potentia: sed manifestus erit omnibus, vt  
sciant simul esse deum & hominem. In con-  
spectu eius ignem exardescere dixit, vt pec-  
catoribus timorem incutiat, ne tanquā pa-  
lea ab illo cōsumatur. In circuitu illius tam  
valida est tempestas, vt tanquā turbo vehe-  
mens omnes superbiæ montes euertat, om-  
nes petras conterat: omnes elatos deiciat  
atq; prosternat. Tunc non silebit vt olim:  
quando cum malediceretur non maledice-  
bat, cum pateretur non cōminabatur. Sed  
tanquā agnus innocētissimus coram tōden-  
te se obmutuit. Loquetur enim tunc & ar-  
guet peccatores: & quo in hoc sæculo & vi-  
ta presentī patientior fuerat peccata dissi-  
mulans, lōganimior ad pœnitentiam expe-  
ctans: benignior peccatis nostris indulgēs:  
liberalior & magnificētior gratiam post re-  
missionem peccatorū conferens, & in pristi-  
nam amicitiam recipiens: eo tunc in iudicio  
seuerior erit ad increpādū grauior ad audiē-  
dum: celerior ad exequēdum: durior ad mi-  
serendum. Erit enim peccatoribus tam ira-  
tus: vt nullis aut precibus aut lamentis pla-

QVARTADECIMA. Fo. cxxxii.  
cari possit. Tam durus: vt a recta & horren-  
da, quam decreuit dicere sententia vllate-  
nus flecti non possit. Vnde ipse ait. Tacui  
semper: sicut pariens loquar: dissipabo  
& absorbebo simul. Tempus tacendi ait sa-  
piens) tempus loquendi. In hac vita tacuit:  
in iudicio loquetur: & sic loquetur vt toni-  
re videatur. Quis tūc tam ferreus auditor,  
vt tonitruū magnitudinis illius possit audi-  
re: Vox quidem tonitruū erit illa qua pecca-  
tores igni perpetuo adiudicabit: cremādos  
quidem & nunquā consumendos. Hoc est  
tonitruum illud de quo propheta in alio  
quodam psalmo ait. A voce tonitruū tui for-  
midabunt. Et iterum. Vox tonitruū tui  
in rota. In rota erit: quia omnium circuitu-  
bit aures: vt ab omnibus possit audiri.  
Tantus erit iudicis alioqui mitissimi fu-  
ror, tanq; seuerus vultus: vt sancti etiam  
aspectum illius reformident. Sanctus  
enim erat Iob, quem cor suum non re-  
prehendebat in omni vita sua, & tamen  
dicebat. Quis mihi hoc tribuat, vt in  
inferno protegas me, & abscondas me,  
donec pertranseat furor tuus & consi-  
tuas mihi tempus in quo recorderis mei:

HOMILIA.

Libenter qualibet pœnas ad tempus ac-  
ceptaret, ne furorem vltimi iudicii videret.  
Et Malachias propheta ait. Quis poterit  
cogitare diem aduentus eius: & quis stabit ad  
videndũ eum! Si cogitare præ potētia ma-  
iestatis eius nemo potest: videre quis pote-  
rit! Si solam figurã aut vmbra vultus eius  
populus Israel a mōte Sina timore perterri-  
tas sustinere non potuit: quomodo tũc ve-  
rum illius vultũ sustinere poterũt peccato-  
res! Tam terribilis erit peccatoribus seueri  
iudicis aspectus, vt (iuxta prophetã) ab in-  
crepatione vultus illius pereãt peccatores.  
Illos igitur sic coram iudice cõstitutos: alia  
non minor compræhedit pœna, omnium scilicet  
delictorum suorum diuulgatio: ita vt  
secretissima quæq; quorum solus ipse pec-  
cator conscius est, omnibus pateant. Illu-  
minabit enim tunc dominus abscondita te-  
nebrarum & manifestabit consilia cordium.  
Sic enim dominus per prophetam Naum  
minatur dicens. Et reuelabo pudenda  
tua in faciem tuam: & ostendam genti-  
bus nuditatem tuam: & regnis ignomi-  
niam tuam: & proiciam super te abo-  
minationes, & contumeliis te afficiam &

Mal.  
iiij.

Exo. xi

Mal.  
lxix.

Naum.  
iiij.

Naum.  
iiij.

QVARTADECIMA. Fo. cxxxiii.  
ponam te in exemplum. Nec parua est hæc  
pœna, præsertim illis qui aliquã famæ suæ  
ratione habent. Nam honestus homo sua  
etiam pudẽda videre erubescit, magis autẽ  
veretur videre aliena: sed multo magis per-  
horrescit ab aliis conspici sua. Vt autẽ hæc  
pœna digne (vt decet) pœsetur, cogitemus  
quanto mulier honesta & pudica rubore p-  
fũderet. (huic em̄ sexui insita magis est ve-  
recundia) si astantibus ibi omnibus totius re-  
gni hominib⁹ ac videntibus, in suam igno-  
minia nudaret. Nulli dubium quin præ ni-  
mia cõfusione deficeret. Quid igitur futu-  
rum putas, si multa cordis sui scœda & enor-  
mia in publicum exponerent, vt omnibus es-  
sent cõspicua! Hinc igitur obsecro: oculos  
tuos attolle, & cõsidera tanto maiore futu-  
ram animæ cõfusionem & ignominia, quã-  
to maior erit tunc illius cognitio: & quãto  
plures & dignitate maiores erunt, si coram  
quibus in iudicio, animæ pudẽda reuelabũ-  
tur. Tunc enim omnia illius scelera & flagi-  
tia, nec solum opere ppetrata sed etiam cogi-  
tata patescent omnibus aliis peccatorib⁹,  
& dæmonibus, & iustis hominib⁹ & ange-  
lis sanctis: vt horum omnium iudicio, dei sen-



HOMILIA

rentia in peccatorē lata, iusta esse compro-  
betur. Sed ne tergiversatione aliqua (vt in  
mundo fecerant) tam patenti & manifeste  
rei possint peccatores vilo pacto repugna-  
re, tanta fidelissimorū testium multitudine  
conuincēt, vt illorum improba peruitaci-  
tas refundat & comprimat: & sic obmute-  
scere faciat imprudētium peccatorū obsti-  
natam nequitia. Vndiq; testes citat, qui cō-  
tra peccatores testimoniū dicant. Aduoca-  
bit enim cœlum de sursum, & terram de or-  
sum discernere populū suum. Nam se ita fa-  
cturum minatus est dicens. Inuocabo con-  
tra vos cœlum & terram. Cœlum quidem  
inuocabit in testimoniū: quia angeli sancti  
qui illorum curam gesserunt velut oculati  
testes, dicent illos sua consilia, monitiones,  
reprehensiones, auxilia, omne deniq; suum  
quod deo iubente illis exhibuerunt ministe-  
rium, cōtempisse. Vnusquisq; enim ange-  
lorum in illo tremendo iudicio aderit pro-  
ducēs in publicū illos quibus profuit: quos  
adiuuit: quos instruxit: pro quibus deum  
orauit: & omnia quæ illis impendit beneficia  
referet. Dæmones in quorū conspectu pec-  
cauerūt libentissime testimoniū dicent de

Ps. xliij.

Dent,  
xxxj.

QVARTADECIMA. Fo. cxxxiiii.

omnibus scelerib<sup>9</sup> quæ peccatores cōmiserunt. Et qui ante peccata suggererunt, ex-  
ultabunt tunc, q̄ tam firmo animo pecca-  
tor in illis vsq; ad mortem perstiterit, vt di-  
gnam pro illis pœnitentiā agere cōtemple-  
rit. Testimoniū dicent sancti omnes quo-  
rum vitam imitari noluit: vt tantorū san-  
ctorū multiplici exemplo confundatur, &  
agnoscant vitam longe diuersissimā potu-  
isse agere si ille voluisset: nec impossibile illi  
fuisse dolores & labores pro Christo perpe-  
ti: cum tot senes pueri & puellæ immēsos  
& acerbissimos p̄ Christo tolerauerint cru-  
ciatus. Post cœli & inferni testimoniū quid  
superest: nisi vt etiam terra in testem produ-  
cat. Et reuera hæc ipsa tacere non poterit,  
cum tot & tantorū malorum sit cōscia. Te-  
stimonium contra peccatorem dabunt alii  
peccatores, quorum alii dicent. Tu nos pec-  
care docuisti. Alii. Tu nobis male consului-  
sti. Alii iterum. Ne bene ageremus decepi-  
sti: & a bono proposito saepe in malum a-  
uocasti. Hæc & similia peccatores aduersus  
peccatorē testimonia dicent qui ab illo spi-  
ritualiter læsi fuerunt. Sed nūquid ii qui fu-  
erunt corpore aut corporeis reb<sup>9</sup> oppressi

HOMILIA

racebūt! Clamabunt certe aduersus oppres-  
 sores suos: & afflictiones suas nimia celerita-  
 te narrabūt: & vindictam illorū a deo expe-  
 tent. Age nūc obsecro, quis tam effrōs erit,  
 vt in tanta accusantiū fidelissimorū testium  
 turba mutire valeat! Tanta est testium mul-  
 titudo, vt merito peccator illud Iob dicere  
 possit. Instauras testes tuos contra me, &  
 multiplicas aduersum me irā tuā. Sed præ  
 his omnib⁹ potentior est testis conscientia  
 propria: quæ tam firmū reddit testimoniū:  
 vt sola hæc satis esset ad illum cōuincendū.  
 Hæc enim omniū operū, omniūq; cogita-  
 tionū testis est oculatus. Vnde Paulus ait,  
 Testimoniū reddente illis cōscientia ipso-  
 rum, & inter se inuicem cogitationibus ac-  
 cusantibus, aut etiam defendentib⁹, in die  
 cum iudicabit deus occulta hominū. Et ita  
 fiet, vt quisquis damnabit, se teste damnet.  
 Magna quidem & multa (vt censeo) tormē-  
 ta hæc tibi videntur. Sed his omnibus mul-  
 to maius & horribilius est cum se viderint  
 peccatores velut hædos foetidos a sinistris  
 iudicis statui: iustis ad dexteram collocatis:  
 & illos ad regnū vocari: se autem demoni-  
 bus ab illis in æternū torquēdos tradi. Quā

Job, r.

Rom. 4.

QVARTADECIMA. Fo. cxxxv.

ta tunc erit angustia: quātus gemitus! quātus  
 planctus! Maiora quidem & plura erunt  
 hæc omnia q̄ vt lingua explicare aut intelle-  
 ctus capere sufficiat. Cum tanta igitur tūc  
 futura sit tribulationū multitudo, merito  
 iudicium illud diluuiū aquarū multarū cō-  
 parari poterit. Hæc enim methaphora vsus  
 est Naum ppheta dicens. Et in diluuiū præ-  
 tereūte consummationē faciet loci eius, &  
 inimicos eius persequent tenebræ. Cōsum-  
 mationē sæculi diluuiū dixit: non tamen  
 quale fuit tēporibus Noe: qm̄ illud fuit ex  
 inundatione aquarū multarū: quod autem  
 erit in iudicio cōstabit ex multiplicitate pœ-  
 narum. Illud perstitit aliquādiu: hoc cito p̄-  
 transibit. Illud durauit quadraginta dierū  
 spacio: hoc fiet in momento, & in lectu ocu-  
 li & in nouissima tuba. Et ob hanc causam  
 dixit ppheta. In diluuiū prætereūte cōsum-  
 mationē faciet. Age nunc obsecro cui⁹ cor  
 erit tam durum ac ferreū vt tot afflictioni-  
 bus pressus nō flectatur! Cuius anim⁹ tam  
 obstinatus vt tot pœnis vrgentibus non re-  
 sipiscat, & se male egisse non pœniteat. Pœ-  
 nitebit quidem haud dubie peccatores om-  
 nes in iudicio vite male actæ. Videntes tur-

Naū, j





sa. v.

HOMILIA  
babūtur timore horribili, vt sapiens ait, & mirabunt in subitatione insperatae salutis: gemētes prae angustia spiritus dicētes intra se poenitētiam agentes, & prae angustia spiritus gemētes, dicent, Hi sunt quos aliquādo habuimus in derisum & in similitudinē improperii. Nos insensati vitam illorū aestimabamus insaniam, & finem illorū sine honore. Ecce quomodo cōputati sunt inter filios dei: & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauim⁹ a via veritatis: & iusticiā lumē non luxit nobis: & sol intelligentiā non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditōis: & ambulauim⁹ vias difficiles: viam autem dñi ignorauimus. Hæc & alia multa quæ ibidē subnectunt refert sapiens dictur os peccatores in inferno. Agnoscent ergo illi pctā sua: se male egisse intelligent: male actorū suorū poenitebit illos, sed poenitentia illa non erit illis ad salutem. Et hoc est quod nunc propheta ait. Verū tamen in diluuisio aquarū multarū ad eum non proximabūt. Infructuosa tunc erit poenitentia: qm̄ non eo fine tūc agetur, qui exigitur vt salutaris illa esse possit. Nam vera poenitentia quæ salutē operari possit, a dei amore p

QUARTADECIMA. Fo. cxxxvi.  
ficifici debet: non a solo horrore poenarum. At peccatores sic peccata sua in inferno execrant, vt poenis sublati ad illa eadem se cuperent redire inītia, propter quæ tam acerbē in inferno cruciant. Non igitur ex amore sed ex odio poenarū peccata sua deplorant: quo fit vt in diluuisio illo multarū aquarum nunq̄ ad deum approximare possint. Esto etiam peccata sua non ex odio poenarum, sed quia per illa se deum offendisse cognoscunt, detestant: (quod tamē non est incredibile, illos vnq̄ facturos:) nihilo magis illis ad salutem pdesset huiusmodi poenitentia: qm̄ non tēpore oportuno illa ageretur. Cōstituit enim deus tēpus omnibus hominibus, in quo meritorie illi operari possint. Nam vitam hanc præsentem nobis indulget de⁹, vt in illa bene aut male mereri possim⁹: extra quam nullū erit meriti tempus. Hæc enim sola causa satis est: ne beati qui iam plene purgati sunt, per opera sua quis perfectissima aliquid inueneri valeant. Operatiōes si quidem illorū omni prorsus sunt decoratae perfectione: quippe quæ nulla possint ignorantia obnubilarī, cum sint clarissima dei visione illustrata, & maiori claritatis ardore

HOMILIA

Esai. xxxi. ferunt in deum q̄ iustorum hic existētium? qm̄ (vt est apud Esaiam) ignis in sion, caminus est in Hierusalē. Vnde euenit vt qui illic minimus est, maior sit quouis iusto hic existente, etiā Ioanne baptista. Illorum opera sunt plene repurgata: nihil habent, vt nostra, terreni pulueris admixtum: qm̄ ciuitas illa tota est aurum mūdum in qua nihil inquinatū intrare potest. Cur igitur per opera illa feruentissima nihil merent? Quare a iustissimo iudice nullo proemio donantur? Quoniā vltimā meritū iam p̄teriere metā. Si beati nō merētur, qui sit vt damnati etiā si studiose illi agere possent per opa sua mereatur? Nihil certe iam illi p̄mereri valent qui tempus quod illis ad meritū datum est, inutiliter cōsumpserunt. Deus illis tempus vitæ præsentis dedit ad poenitentia: illi autem abusi sunt eo in supbia. Neq; est quod miret aliquis opera alioqui prorsus simillima ob solum tēporis discrimen esse in premio disparia: qm̄ summa vis meritū in ipsa dei voluntate cōsistit: quæ opera nostra tantū proemii ex se indigna, ad beatitudinē acceptat. Non sunt enim passiōes nostræ ex se & iure suo cōdignæ ad futuram gloriam.

Job. xliij.

Rom. viij.

QVARTADECIMA. Fo. cxxxvij. quæ reuelabit in nobis. Quod ad tātū præmium destinētur, a sola hoc pendet diuina voluntate. Eo igitur solo tpe opera nostra, merita censebunt, quo deus illa ad tam infabulē mercedem acceptare voluerit. Decevit autē nullam dare mercedē iis, quæ post huius vitæ cursum gesta fuerint: qm̄ (vt ait sapiens) ad quacūq; partem lignū ceciderit, ibi manebit. Ea igitur quæ post huius vitæ agonē fieri continget nulla mercede donabunt. Aequū enim est vt qui, cum potuit bene moereri noluit, etiā cum velit, nō possit. Potuit bene agere & moereri viuens, & noluit: iusto dei iudicio fit, vt mortu⁹ etiā si velit moereri non possit. A mortuo perit cōfessio: perit & poenitētia: perit om̄is operatio: quis alioqui bona. Perit, inq̄, quoniā etsi agatur inutilis prorsus aestimabit. Non est temp⁹ illud ad laborē datū sed ad quietem: non ad meritū, sed ad proemii. Venit nox, ait saluator noster, qm̄ nemo opari potest. Totū tempus post mortē futurū, appellauit noctē, ob hoc solum qd temp⁹ illud non est aptum ad dei gratiā p̄merendā, perinde ac nox non est apta labori. Dies enim ad laborē est aptus: nox vero ad quietem.

Eccles. ij.

*Non iure. 16  
nō p̄t diues  
bene facere  
cum vellet.*

Joan. ij.



## HOMILIA

**Mat.** Operarii illi qui a patre familias ex denario  
**xxij.** diurno conducti sunt, & ad vineæ laborem  
missi licet inequaliter laborauerint, quod unus  
primo mane, alius hora tertia, alius sexta,  
alius nona, alius denique hora undecima ve-  
nerit: omnes tamen eadem hora ab opere ces-  
sauerunt: & ad mercedem recipendam vocati  
sunt: quoniam non erant ad nocturnum laborem  
sed ad diurnum solum conducti. Sit quantum  
uis discriminis in meriti duratione, ita ut  
unus a pueritia, alius ab adolescentia, alius  
a iuuentute, alius denique in senectute, in vinea  
domini bonis meritis laborauerit: hoc  
tamen inter omnes conueniet, quod in morte ab  
opere cessabunt: ita ut nulli deinceps mere-  
ri posse concedatur. Ob hoc ocium & hanc  
meriti vacationem, totum illud futurum tem-  
pus vocatum est in figura & aenigmate sabba-  
tum. Nam cum rorem illum caelestem deus  
**Eros.** in cibum filiis Israel dedit, singulis diebus  
**xxj.** colligere precepit quantum cuique diei satis  
esset: die autem septimo colligere prohibuit:  
quonia sabbatum est. Ne autem sabbato ci-  
bus deesset, sexto die duplum colligere pre-  
cepit: quonia sabbato non inueniebatur. etiam si  
quis tam ignauus esset, ut usque ad eam diem col-

QUARTEDECIMA. Fo. cxxxviii  
ligendum differret. Quo facto significauit  
ita nobis in hac vita, quae ad aeternam illam  
conducunt esse colligenda, quemadmodum illi  
tunc per vastas solitudines transcurrentes,  
vndique manna congregabant. In septimo  
autem atque ultimo hebdomadae die, id est,  
in fine saeculorum, nulla tunc erit collectio,  
quonia sabbatum est: sed acquisitis frue-  
mur, ut dictum est. Labores manuum tuarum  
quia manducabis. Haec etiam quae diximus ali-  
bi etiam sub figura sabbati mystice refe-  
runtur. Nam de labore terrae sic in Leuitico  
dicitur, Sex annis seres agrum tuum, & sex  
annis putabis vineam tuam: colligesque fru-  
ctus eius. Septimo autem anno sabbatum  
erit terrae requietionis domini: agrum non  
seres, & vineam non putabis. Umbram fu-  
turorum lex ista habuit. Non enim tanti deus  
fecit agros istos insensatos: ut de illorum qui-  
ete legem ferre curauerit: sed propter illo-  
rum figuram, a labore illos cessare prece-  
pit. Nos enim agrum illi sumus, bonorum ope-  
rum exercitio excolendi. Hoc enim nomi-  
ne Paulus Corinthios appellat dicens. Dei  
agricultura estis. Et Sapiens, de homine  
negligente & desidioso, cuius cor propter



## HOMILIA

Illius negligētiam peccatis repletum est lo-  
quens, ait. Per agrū hominis pigri transiui,  
& per vineam viri stulti: & ecce totū reple-  
uerant vrticæ. De istorum agrorū cultura  
dn̄s sollicitus, præcepit vt sex annis. hoc est  
toto tēpore vitæ nostræ, corda nostra bo-  
norū operum exercitio coleremus: qm̄ tem-  
pore futuro iam meritorie operari non lice-  
bit, eo q̄ sabbathū est. Non enim quia um-  
bris & figuris illis delectabā deus: sed quia  
per eas ad veritatē omnes inducere voluit,  
Iudæis quiescere in sabbato iussit, & terræ  
sabbathum dedit. Hac enim de causa salua-  
torē præcepisse mihi videt̄ vt exoraremus  
ne fuga nostra fieret in sabbatho: quo tem-  
pore iuxta legem ambulare non licet: signi-  
ficans pœnitentiā eam quæ post mortē fiet  
esse prorsus inutilem: qm̄ tempus illud iam  
sabbathū est in quo nullus iam bene aut ma-  
le mœrerī poterit. Homo ille in tenebras ex-  
teriores missus, q̄ in splendido illo & regali  
conuiuio absq̄ nuptiali veste apparere non  
erubuerat, ligatis manibus & pedibus fuit  
iussus mitti: quia om̄is in damnatis operati-  
ua virtus sic est ligata vt nec meritorie ope-  
rari, aut optare illis iam liceat. Merito igit̄

puer.  
xxiiij.

Adat.  
xxiiij.

Adat.  
xxij.

QVINTADECIMA. Fo. cxxxix;  
sapiens nobis consulit, vt quodcūq̄ potest Eccl̄s.  
facere manus nostra, instanter operemur: it̄,  
quia nec opus nec ratio: nec sapiētia nec sci-  
entia erunt apud inferos quo omnes ppera-  
mus. Sed quia hoc absq̄ dei adiutorio præ-  
stare non sufficimus, orem⁹ deum vt nos ad  
iuuet ad pœnitentiā congruo tēpore faciē-  
dam: vt sic facientes peccatorū indulgentiā  
pmereamus, & tandem vitam assequamur  
æternā, præstante domino nostro Iesu chri-  
sto, qui cum patre & spiritu sancto viuūt &  
regnat in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA QVINTADECIMA.

Tu es refugium meum a tribulatione quæ  
circumdedit me.



It quantūlibet magna futura  
in iudicio tribulatio, ita vt o-  
mnes acerbissimæ pœnæ, om-  
nes crudelissimi dolores, om-  
nes horrendi cruciatus: om-  
nia deniq̄ afflictorū genera,  
in vnam illam cōfluant: non tamen illa om̄-  
f iij



## HOMILIA

nes homines, in quibus maxima, haud dubie, meritorum dissimilitudo inuenietur, sine villo discrimine perdet. Non enim talis est deus, vt iustum cum impio simul perdere velit: immo potius contra: impiis & sceleratis sapissime parcit propter merita iustorum. Nam sceleratissimis illis & nefandissimis Gomorrhæis & Sodomis pepercisset deus, ne super illos plueret sulphur & ignem, & illorum ciuitates subuerteret: & illos cunctaque terræ virentia adureret igne. Quia vero solum Loth illiusque domum, & forte non totam, cum nulla ibi sit ancillarum & seruorum facta memoria, liberos a nefando illo crimine reperit: hos solos, reliquis omnibus igne consumptis, saluos esse voluit. Et (vt antiquiora repetamus) cum multa malitia hominum esset in terra: & cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum omni tempore, adduxit aquas diluuii super terram: in quibus cum peccatores omnes perirent, Noe cum filiis suis & eorum vxoribus saluatus est: domino ita disponente, ne iusti simul cum peccatoribus perirent. Iuxta hunc modum, sine villo prorsus discrimine iudicium fiet. Perdent tunc quidem peccatores omnes

Gene.  
xviii

Gen. vij

## QVINTADECIMA. Fo. cxl.

nes: neque erit quo tuti confugere possint: neque vllus erit qui illos tunc protegere valeat aut velit. Oculi impiorum deficient (inquit Iob) & effugium peribit ab eis. Deficiunt quidem oculi illius, qui in tribulatione magna positus, & circumspectans vndique non inuenit quo tutus confugere possit. Peccatores in mundo hoc quoties aliqua vallantur angustia, refugia quarunt, quibus se ab illa eripere valeant, & saepe inueniunt. Diuitias procurant, ne paupertate eos affligi contingat. Dignitates ambiunt, vt hominum despectus euitent. Si necessitas illos inuadit, ad iocorum blandimenta quibus tristitiam animi eleuare possint, recurrunt. Si ciborum fastidio corpus eneruat, plurima ciborum condimenta sibi parant: vt illis allicientibus, comedere aliquid possint. Si frigore praemuntur, vestibus plurimis corpus suum tegunt vel ad ignem accedunt, vt frigus expellant. Si calore aestuant, frigida loca quarunt: vel alia caloris remedia diligentissime inquirunt. Nulla est denique angustia quae illos quouis modo affligere possit, cui non habeant in hac vita paratum refugium. In iudicio autem non sic: quoniam etiam

## HOMILIA

si vndiq; circūspiciāt & quaqua uersum ocu-  
los suos tendant, nullum inuenient refugiu  
quo se recipi possint. Et hoc est qd̄ ait Iob.  
Effugium peribit ab eis: quia non erit quo  
possint peccatores ire a spiritu dei: neq; quo  
a facie illius fugere. Quod cum peccatores  
quærant, & non inueniāt, merito illorū ocu-  
li deficiēt. Digna quidem sentētia, ut deum  
protectorē tunc non habeant: qui cum hic  
uiverent ad illum cōfugere neglexerūt. Lō-  
ge tamen aliter iustis eueniet, quibus nulla  
tūc poterit nocere aduersitas: quoniā deus  
erit illis refugium tutissimū ad quod confu-  
gientes, quasi leones cōfident. Non illis no-  
cere iam poterit caro: non mūdus: non de-  
niq; peccata quæ olim cōmiserunt: quoniā  
cum illa iam vere deplorauerint, deus illos  
ad se fugiētes recipiet. Recipiet quidē deus  
iustos in iudicio, qui cum hic uiverent, si  
quando eos peccare cōtigat, peccata sua fu-  
gientes ad deum pro illorum remissione cō-  
fugerunt. Illos solos saluabit. Pro illis solis  
morti propinquus orauit. Pro his solis pas-  
sionem suam deo patri obtulit. Saluabūtur  
innocentes in iudicio, & peccatores quos  
se peccasse pœnituit: uerum non suis meri-

QVINTADECIMA. Fo. cxli.  
tis: sed Christi saluatoris nostri ad quem u-  
tentes confugerunt. Hoc enim pretende-  
bat illa arcæ mensura in qua paucissimi (hoc  
est solum acto) ut ait beatus Petrus saluati  
sunt: quia soli illi diluuiō inundante confu-  
gerunt ad illam. Trecētis siquidem cubitis  
illa tendebatur in longum: sexaginta cubi-  
tis patebat in latum: triginta uero cubitis  
surgebat in altū. Non tamen ubiq; hac mē-  
sura gaudebat: quoniā ab imo confurgens  
ubi plenam illam longitudinem & latitudi-  
nem habebat, paulatim vndiq; congestaba-  
tur vsq; ad summū quod unius cubiti mē-  
sura cōsummabatur. Arcam istam figuram  
esse militantis ecclesiæ, plurimorū sancto-  
rū confirmat authoritas. Tenet enim hæc  
intra se bonos & malos: quæ admodum illa  
in se tunc recepit homines & bestias: anima-  
lia item mūda & immūda. Bestiæ in infimo  
erant locatæ ubi latius erat habitaculum,  
& peccatores in infimo loco: hoc est in u-  
tibus iacent: & spaciosam latamq; uiam tenēt  
quæ ducit ad mortē. Homines in suprema  
& angustissima arcæ mansione stabant. Ho-  
mo rationale est animal: propter quod soli  
illi homines dici merentur, qui iuxta ratio-



HOMILIA.

nem viuunt: & per eam bestiales & feros carnis appetitus domant. Natabat illa in aquis: & quo magis aquæ multiplicabatur, magis illam in sublimē leuabant. Ecclesia in tribulationibus multis constituta non perit: non mergitur in illis, sed deo qui in medio illius semper est, illam iuuante, ad maius semper proficit virtutis in clementū. Vt autem illa inter tot fluctus constans esse posset, bitumine linīta est intrinsecus & extrinsecus: sic enim obuātum est aquis, ne penetrarent ad arcæ interiora. Bitumen hoc (mea quidem sententia) dicerem esse charitatē, quæ Christi fideles sic inuicem connectit: vt ex multis vnum faciat. Hoc bitumine linītus fuerat Ionathas Saulis filius, de quo historia regū narrat, quod conglutinata fuerat anima illius animæ Dauid. Vt autem nihil corporeum de glutino illo opinareris, cōtinuo post declarauit glutinum illud fuisse amorem: ita subiungens. Et dilexit eum Ionathas quasi animam suam. Hoc est illud glutinum de quo Esayas ait. Glutino bonum est. Bonum quidem glutinum & iocundum quod facit fratres omnes habitare in vnum. Bitumen bonum & tenacissimum, quod

i. Reg.  
viii.

Eia. xli

QVINTADECIMA. Fo. cxlii.  
multitudo tribulationum dissoluere non potest. Aquæ siquidem variarum tribulationum, perfectam charitatem extinguere non valent: quoniam (vt ait Paulus) Charitas patiens est, & omnia suffert. Quod i. Cor. iij.  
autem intrinsecus & extrinsecus liniri iubetur: duas charitatis partes exprimit: quoniam deum ex toto corde diligere tenemur, & proximum sicut nos ipsos. Dilectio dei nos intrinsecus linīt, ne dæmonis tentationes quæ subtiliores sunt, animam nostram penetrare valeant. Dilectio proximi linīt extrinsecus: vt simus contra mundi tentamēta muniti. Quotquot arcam intrauerunt, reliquis omnibus pereuntibus, saluati sunt: & quisquis fidem catholicam tenens, ad deum velut ad tutum refugium cōfugerit: perire nō poterit. Intrat enim arcā qui baptismū suscipit: & in obsequiū Christi suū captiuat intellectū, credēs quod catholica docet ecclesia. Nec solū homines saluati sunt, sed & bestię quæ in arca erant: quā in tremēdo illo iudicio nō solū saluabunt innocentes, qui semp rationi obsequētes semper in iustitia vt homines vixerūt: sed etiā peccatores qui in fide perseuerātes, ad deū pro

HO MILIA

suorum remissione peccatorū confugerūt. Hi enim bestiae merito dici possunt, qui peccudum more viuunt: quiq; bestiales carnis motus sequitur. Propter hoc enim propheta dixisse censeo, homines & iumenta fore a deo saluandos: quae admodum multiplicauit misericordiam suam deus. Nisi enim iumentorum nomine eos homines intellexisset, qui ratione neglecta solos carnis appetitus ad instar bestiarum sequitur: quo pacto deus iumenta bearet, qui illum nec videre nec diligere possunt! Aut quomodo illos saluaret, quae etiam si ille non saluaret, damnari non poterat, cum nihil boni aut mali egissent! Iumenta ergo & homines saluabit: quia non solos innocentes qui perpetuam hominis appellacionem merito tenent: sed etiam illos qui bestialiter ante viuentes per poenitentiam in homines se transformauerunt: in illa horrenda iudicii tribulatione illaefos seruabit. Ne autem sibi aliquis hanc arroget libertatem, ipsa arcae mensura declarat neminem suis meritis sed Christi saluatoris nostri fore saluandum. Longitudo siquidem quae trecetorum cubitorum esse dicitur, crucis mysterium declarat. Nam Graeci qui literis alphabeti ad

Psal.  
xxxv.

QVINTADECIMA. Fo. cxlii.  
numeros explicandos vtuntur, vigesimam in ordine literam quae crucis habet figuram videlicet T. pro trecentis substituere solet. Vnde constat arcae longitudine crucis mysterium fuisse figuratum: vt innueret nos crucis medio fore saluandos. Possumus etiam hoc aliter iuxta beati Augustini sententiam interpretari: ita vt in arcae mensura, comensurationem corporis Christi intelligamus: quonia eadem est in corpore Christi proportio longitudinis ad latitudinem & altitudinem quae in arca fuisse describitur. Humani quippe corporis longitudo (vt verba illius referam) a vertice vsq; ad vestigia, sexies tantum habet quam latitudo quae est ab uno latere ad alterum latus: & decies tantum quam altitudo: cuius altitudinis mensura est in latere a dorso ad ventrem: velut si iacentem hominem metiaris supinum seu prouum: sexies tantum longus est a capite ad pedes, quam latus a dextra in sinistra, vel a sinistra in dextram: & decies quam altus a terra. Haec tenus Augustinus. Eandem in arcae mensura proportionem inuenies, si illius longitudinem ad eiusdem latitudinem & altitudinem comparare volueris. Quae cum ita se habeant, aperte

HOMILIA.

ex his colligitur, illā arcæ mēsuram figurā  
fuisse Christi saluatoris nostri qui pendens  
in ligno crucis nos saluos fecit. Quotquot  
arcam pro refugio acceperunt saluati sunt:  
quoniā nullus ad illā confugiens in diluuiō  
perit: & quisquis deum pro refugio habere  
voluerit, in iudicio saluabitur, modo tēpo-  
re opportuno ad illum cōfugiat. Noe siquī-  
dem & qui cum eo liberati sunt, ante diluuiū  
inundationem arcam intrauerunt: ne forte  
inundate diluuiō, etiam si vellent cōfugere  
in arcam, nō possent. Qui in iudicio liberari  
optat, ante illud tēpus arcam intret: eccle-  
siam ingrediatur: fidem suscipiat: in Christi  
meritis fidat & nō in suis. Si aliqua ingruat  
tribulatio qualis qualis illa sit, ad Christum  
confugiat: & si hoc tēpore opportuno fece-  
rit, liberabitur in die iudicii: & cū peccatori-  
bus in illo diluuiō multarū tribulationū nō  
mergetur. Et quia hanc in deo Dauid habe-  
bat fiduciā cum dixerat peccatores in dilu-  
uio aquarū multarū ad eum non approxi-  
marios, vt aliis se ab illo periculo liberum  
ostēderet, dixit. Tu es refugium meū a tribu-  
latione quæ circūdedit me. Quibus verbis  
peccatores ad poenitētiā artificiose nimis

QVINTADECIMA. Fo. cxliiii.  
hortatur, promittens illis si poenitentiā ege-  
rint, deū in tremēdo illo iudicio habituros  
pro refugio tutissimo. Vt autem hanc pro-  
missionem certā illis faceret, seipsum in exē-  
plum proposuit, dicens. Tu es refugium meū  
a tribulatione quæ circūdedit me. Nec so-  
lum in iudicio erit deus refugium, sed etiam  
ante iudicium in hac vita præsenti: in qua  
largius & cōmunius est refugium quā tūc  
erit. Soli enim iustificati & iam purgati, deū  
tunc protectore sentient, & domū refugii.  
Nunc autē iusti & peccatores boni & mali  
illum pro refugio habent, qui omnes ad se  
vocat & neminem ad se venientem reicit.  
Venite (inquit ille) ad me omnes qui labora-  
tis & onerati estis & ego reficiam vos. Oēs  
ad se vocat, omnes inuitat, neminē a se ex-  
cludit qui dicit. Pulsate & aperietur vobis.  
Bonum refugium quod omnibus patet, &  
omnibus est subuenire paratum: quod om-  
nes recipit iustos & peccatores. Peccato-  
res a præteritis peccatis quæ illum vexa-  
bant, & in seruitutem redegerant, libe-  
rat: iustos a futuris & imminentibus, ne  
illi nocere valeant, seruat, & protegit. Petra  
(vt ait propheta) refugium est herinacūs. cii.



## HOMILIA IVTO

cetur nauigantibus refugium. Talis est per omnia deus. Habet quidē ille facilem & patientem ad se aditum: quoniam vt ad illum accedere possimus, nō est opus intercessoribus: per se quisq; accedere potest modo firma in illum fiducia accedat. Non est pecunia aut aliis muneribus redimendus accessus: quemadmodum apud reges & principes sæculi huius contingere solet. Nam ad hos si pro iustitia obtinenda aut pro alio negotio te accedere est necessarium: pecunia aut fauore accessum ad illum te emere oportet: vnde conuincitur illos non esse bonum afflicti populi refugium. Qna in re longe sunt dissimilimi deo, cuius loco præsident & populum iudicant. Ille enim non solum non impedit, sed potius adiuuat ad se venire cupientes, & brachijs in cruce extensis inuitat illos. Eum qui venerit ad me, inquit ille, non eieciam foras. Nemini vnquam obstitit ille quo minns ad se accedere posset: imo potius contra, cupit omnes ad se venire: omnibus subuenire optat: omnes a tribulationibus eripere vellet. Quod autem non omnes eripiantur inde euenit: quia nō omnes ad illū confugiunt. Omnis

Joā. vi

QVINTADECIMA. Fo. cxvi.  
qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Joel. ij  
Capacissimum est etiam refugium deus: qui nulla quamlibet numerosa confugientium ad eum multitudine grauatur. Nam si omnes quotquot ab initio mundi præcesserunt: & quotquot ad finem vsq; sæculi huius futuri sunt homines simul in deum pro refugio habendo confugerint, mirum in modum lætaretur, tantum abest vt illum quauis multitudo premere possit, aut illi molestiam vllam inferre. Vult siquidem i. Tim. ij. ille omnes non saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Non est sensus illius, vt noster: qui intentus pluribus, ad singula minor est: sed par est illi potestas ad præstandam singulis subuentionem, etiam si ad modum multi ad eum confugiant, ac si paucissimi. Verum vt absolutam huius portus bonitatem ostēdamus docere oportet quo pacto qui ad illum confugiunt sint ab omni prorsus vento & tempestate securi. Est enim ille omnia in omnibus, vt omnium possit subuenire necessitatibus. Eph. i. Quæcunq; igitur insurgat tribulatio ad illum fugiamus: quoniam ille habet quo valeat nos ab illa protegere. Si famē fugimus, ille

HOMILIA.

Herinacius siue hericius, quod idē est, animal est hispidum, spinis minutissimis vndiq; tectum: & significat peccatorē multis peccatis quasi variis spinis obuolutū. Talis quidem hericius petram illam habet refugium de qua Paulus ait. Petra autē erat Christus. Ad hanc petram peccatores a peccatis suis confugiētes, remissionem accipiunt. Est etiam refugium iustis, illos in sui protectione recipiens ne a carne aut mundo aut demone laedantur. Cōgregat enim illos quē admodum gallina pullos sub alas deuorentur a miluo. Nec solum cōfugiētes recipit: tāta est illi seruandī voluntas: sed etiam vocat & inuitat eos, dicens. Veni columba mea in foraminibus petrae in cauerna maceriae. Anima iusti viri columba dicitur: quia cum haec sola peccati felle careat: etiam haec sola colūbae appellationem meretur. Hanc forte deus viderat, a carne, mūdo & demone velut a quibusdam rapacibus auibus citē cūdatam: ideo volens eam ab his omnibus eripere ad se vocat, nidum ostendens, vulnere videlicet sua in quibus possit tuto se recipere. In foraminibus, inquit, petrae in cauerna maceriae. Foramina petrae, vulnere sunt

i. Cori.  
t.

Mat.  
xiiij.

Mat.  
xiiij.

QVINTADECIMA. Fo. cxlv.  
manū & pedum corporis Christi. Cauerna maceriae est vulnus quod in latere accepit. In his foraminibus est firma tutaq; requies: quoniam tanto in illis securior quisq; habitat, quanto potētior est qui illa pro nobis pertulit, ad saluandū. Ingredere igitur in foramina petrae & intra pectus illud pietatis immēsa, vt saluus sis a pusillanimitate spiritus & tempestate: absconderis in tabernaculo illius, & in die malorū protegeris in abscondito tabernaculi eius. Nō poteris nō saluus esse in domo tanti refugii receptus. Habet autē refugium hoc duplicem cōmendationē: illā scilicet qua portus aliquis laudari solet. Est enim portus, quoddā nauigantibus per fugium ad quod, vt tēpestatem maris euadāt, nauigantes libenter confugiunt, sperantes firmiter in eo & securius quā in factabundo mari esse habitaculū. Qui autem optimus est portus, duobus argumētis cōmēdatur, quae summā illius perfectionē aperte cōvincere valent. Si enim facilis ad illum patet ingressus, & quos semel receperit (recipere autem possit non paucos) securos & ab omni vento & tēpestate tutos cōseruat, is merito laudabitur portus, bonūq; & optimum dicitur.



### HOMILIA.

cib<sup>9</sup> est qui potest animas & corpora nostra reficere: qui Moſem quadraginta dierū ſpacio, abſq; vlllo alio corporeo cibo, ſolo ſuo colloquio ſuſtentauit. Si ſitim pateris. ad deum fuge vt poteris torrente voluptatis illius: quoniā ille in terra deſerta & in aquoſa, nouit de petra dare ſitientibus aquam tam abundantem, quæ ſexcentis millibus hominum & illorum iumentis ſufficeret. Si a morbo liberari optas, ille medic<sup>9</sup> eſt & medicina, qui ſanat omnes infirmitates noſtras: qui redimit de interitu vitam noſtrā. Si carcerem & vincula quibus captiuus teneris exhorres, ille eſt qui de carcere cathenisq; interdū educit ad regnū ſtigium: cuius rei vel vnicus ille Ioseph poterit teſtis fideliffimus eſſe. Si tyranicā potentis oppreſſionem doles: ille eſt qui eripit pauperem a potente: & inopem cui nō erat adiutor: qui filios Iſrael de duriffima Pharaonis ſeruitute liberauit. Si triſtitia fugis, quo melius te recipies quam in deo qui eſt noſtrū gaudium qui tali perfudit lætitia habitates in eo qualem mundus nec dare ſufficit nec ab illis auferre: Si errare times, ille dux eſt & vita. Si tenebras odis: ille lux vera eſt in quo tene-

Deut.  
ix.

Ero.  
xvij.

Eccles.  
iij.

Gene.  
xli.

Idſat.  
lxxj.

Joā. i.  
j. Joā. j.

QVINTADECIMA. Fo. clvij.  
bre non ſunt vllæ. Si mortem deniq; pertimescis ad illum fuge: quoniā ille vita eſt qui poſtq; occiderit viuificare nouit. Si a peccato cuius ſeruus es factus, velut a maxima omnium tribulatione eripi cupis, ad deum fuge, & liberaberis: quoniā ille eſt qui peccata remittit: ille eſt qui tollit peccata mundi. Optimū igitur refugium deus, qui omnes ad ſe venientes recipit: & receptos protegit a quacunq; illi moleſtentur tribulatione. Eſt enim deus ſimillimus arbori illi quæ Nabucodonosor rex in ſomnis vidit, in qua erat omnium eſca: ſubter eam habitantes beſtiæ agri: & in ramis eius commorantes aues cœli. Eſca vniuerſorum in deo eſt, quoniā habet in ſe vnde omnes omnium indigentias ſupplere poſſit. Et ob hanc cauſam oculi omnium in illum ſperant: & ipſe dat illis eſcam in tēpore oportuno. Beſtiæ agri quæ ſubter illam habitant, peccatores ſunt terrenis inhiantes qui pecudum more viuunt. Volucres cœli ſunt iuſti: qui licet corpore in terra detinentur, animo tamen ſam in cœlo cōmorantur. Hi & illi ex hac arbore paſcuntur: quia deus iuſtos & peccatores alit: qui ſolem ſuum oriū facit ſuper vj.

Deut.  
xxxij.

Dan.  
iij.

Idſat.  
xliij.

Idſat.  
v.

HOMILIA.

bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Pascit etiam utrosque melioribus alis cibis: cum tribuit peccatoribus suorum veniam peccatorum & iustis gratiam qua vitam promereri possint æternam largitur. Generale igitur refugium est deus: qui omnes protegit, & ab omni tribulatione. Quos autem ille protegendos suscipit sic tuti sunt ut nihil illis nocere possit: tam securi, ut nulla sit tam horrenda tribulatio quæ illis metum incutere possit. Posuit enim ille altissimum refugium suum in loco tam munito, ut nullus merito possit hostis timeri. Non accedet illuc tentator: nullus calumniator ascendet: non illuc ille fratrum accusator attinget: qui accusat fratres suos die ac nocte. Esto accedere possit, nocere tamen non poterit. Dominus illuminatio mea & salus mea, propheta inquit, quem timebo. Dominus protector vitæ meæ a quo trepidabo! A nullo certe timere convenit: qui deum habet protectorem: non ab hominibus: non a mundo: non a carne: non denique a damone, cuius potestas est tanta ut nulla sit super terram quæ illi valeat comparari. Quæ enim ratione

Isai.

Apoc.

iii.

Isai.

xxvi.

QVINTADECIMA. Fo. cxlviii.  
timere poterit, si inimici qui illum rabido furore persequebantur, corruerunt & debiles facti sunt! Quæ causa timendi si hostes qui impugnabant, quo magis appropiant ut noceant, eo magis infirmantur & cadunt! Et ideo causam suæ securitatis exprimens, subiunxit. Dum appropriant super me nocentes ut edant carnes meas: qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Securus igitur est & tutus quisquis in adiutorio dei altissimi habitat: & in protectione illius commoratur. Prædens igitur David fuit cum tale elegit refugium in quo tutus posset & sine ullo hostium timore commorari. Tu es refugium meum a tribulatione quæ circumdedit me. Tu ergo quisquis es o homo siue iustus siue peccator, Davidem imitare, & dic deo. Tu es refugium meum a tribulatione quæ circumdedit me. In omni tribulatione: in omni angustia: in omni necessitate: in quacumque tentatione constitutus fueris, si ab illa celeriter & fortiter eripi cupis, ad deum confuge, illius implora auxilium & dic illi. Esto mihi in deum protectorem & in domum refugii: quoniam fortitudo mea

HOMILIA.

& refugium meum es tu : & propter no-  
men tuum deduces me & enutries me . Tu  
esto refugium meum : quia ad te solum confu-  
gio, te solum inuoco : tuum solum adiutorium  
opto: quonia[m] satis mihi esse censeo. Deus in  
adiutorium meum intende: domine ad adiu-  
uandum me festina . Miserere mei domine  
miserere mei: quia in te confidit anima mea.  
In te, inquam confidit anima mea: non in princi-  
pibus aut filiis hominum in quibus non est sa-  
lus. In te cantatio mea: in te consolatio mea:  
in te tota fiducia mea. Tu solum refugium meum  
a tribulatione qua[m] circumdedit me. Cum li-  
beratus fueris a tribulatione, agnosce bene-  
ficium: recolle pietatem: & dic illi. Gratias tibi  
ago domine, quoniam aperuisti mihi do-  
mum refugium tuum: expandisti sinum pietatis tuae.  
Ostendisti viscera miserationis tuae. Tu fuisti  
refugium meum a tribulatione peccati qua[m]  
me circumdabat: sub alis tuis me protexisti: &  
talem me reformasti, ut vitam possim assequi  
aeternam: per merita Iesu Christi filii tui qui  
tecum & cum spiritu sancto viuunt & regnant  
in saecula saeculorum. Amen.

Psal.  
lxx.  
Psal.  
lvi.

DECIMA SEXTA. Fo. cxli.  
HOMILIA DECIMASEXTA.

Exultatio mea erue me a circumdantibus me.



VI alicuius clementiam largissi-  
mamque liberalitatem, absolu-  
tam denique bonitatem iam plu-  
ries expertus est: quoties aliqua  
deinceps ingruet talis necessi-  
tas qua[m] alieno auxilio & fauo-  
re egeat, ad illum cuius bonitatem iam pro-  
be exploratam habet tanquam ad certissimum asy-  
lum semper confugiet. Fatuus enim esset ex-  
plorata medicamina & multis argumentis  
comprobata relinquere, ut aliorum pharma-  
corum virtutem cum vitae discrimine expe-  
riatur. Tutius est semper praesertim in rebus  
grauibus, certa proponere incertum. Dauid olim  
iam diuinam bonitatem saepe fuerat expertus  
qua[m] illum tot angustiis vallatum: tot tribu-  
lationibus cinctum illa sum ab omnibus sem-  
per seruauit: praesentissimum illi fauorem & au-  
xilium in ipso tribulationis articulo praestans.  
Nam deus illi auxiliatus est in bello quo ad I. Reg.  
uersus Goliath robustissimum gigantem pu-  
gnauit. De manibus Saul sapissime libera-

HOMILIA

uit illum. Semel enim & iterum Saul fecit lanceam in Dauid putans quod configere illum posset cum pariete: lancea tamen semper casso vulnere perlata est in parietem, deo ita disponente ut Dauid incolumis seruetur. Deinde cum Saul pararet insidias ut capere & occidere posset Dauid, Ionathas Saulis filius indicat Dauidi patris insidias, & sic liberatus est. Videns Saul suo consilio se fuisse frustratum, iterum cogitat illum in lecto interficere, sed Michol Saulis filia, deo ita providente, seruat Dauid coniugem suum, per fenestram illum dimittens. Sed Dauid fugientem & habitantem in deserto Maon persequitur adhuc Saul, illum multis armorum millibus sic in modum coronae circumcingens, ut Dauid iam desperaret se posse evadere a facie Saul: verum tunc deus Dauidis curam gerens Philistaeos aduersus Saulem immitit, ut illis Saul occurrens Dauidem persequi desistat. Et ita deus hoc consilio Dauidem iterum liberavit. Mortuo denique Saule & sic e manibus illius Dauidem seruato: ecce alius hostis & quidem eo magis Saule pestilentior, quo magis illum naturae iure diligere tenebatur. Absalon enim filius

f. reg.  
rix.

Ibidem.

ij. Reg.  
gũ. v.

DECIMASEXTA. Fo. cxlii.

Dauidis insurrexit contra patrem illum regno simul & vita priuare contendens. Sed sicut deus liberauit Dauidem de manu Saulis, ita etiam eripuit illum de manibus Absalon. Nam Absalone mortuo in bello quod aduersus patrem gerebat Dauid in regiam dignitatem restituitur. Toties denique deus seruauit Dauidem, ut operosum esset omnia quae deus illi praestitit auxilia in presentia recensere. Sed praeter haec omnia his omnibus longe maius periculum fuit, cum propter peccata adulterii & homicidii quae olim contra Uriam commiserat, sub diaboli misericordissima seruitute fuit constitutus. Et haec tanto fuit reliquis omnibus maior praesura, quanto plus est animae timendum quam corpori: & quanto diaboli potestas maior est, quam cuiusuis alterius hominis quamlibet potentis atque robusti. Sed cum tanta esset Dauid vallatus angustia ad deum confugit, misericordiam ab illo petens, & dicens. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et tunc sicut nec alias, repulsam non sustinuit: immo omnium suorum peccatorum veniam est consecutus. Dauid ergo nunc seuentem tepestatem sibi imminere prospiciens, ad deum

ps. l.

## HOMILIA

cuius immēsam pietatem toties iam fuerat  
 expertus, tanq̄ ad tutissimū portum confu-  
 git, auxiliū illius implorās & dicens. Exul-  
 tatio mea erue me a circūdantibus me. Ut  
 autem quod petit facilius impetrare valeat,  
 vide quā artificiose suam exordia petiti-  
 onem dicēs. Exultatio mea. Omnes enim qui  
 de oratore instituendo foeliciter tractaue-  
 runt, docēt petitionū exordia aptissime su-  
 mi, aut a gratiarū actione: aut a laude illius  
 ad quem habet oratio: q̄ hoc & illo modo  
 benivolentiā illius a quo aliquid petere sta-  
 tuit, facile sibi cōciliat orator. Nam qui be-  
 neficia recepta aut nō agnoscit, aut vicem  
 illis reddere recusat, indignus est cui alia in  
 posterum reddant. Ingratitudo enim om-  
 niū beneficiorū fontem quāuis vberriū &  
 largissime manātem desiccare solet. Cōtra  
 vero gratitudo: qm̄ hęc ad plura beneficia  
 præstāda donātis animū quasi stimulare vi-  
 detur. Laudes etiā testes quidam sunt ani-  
 mī bene affecti erga illum qui laudatur: qm̄  
 sic natura comparatū est, vt quem amas, &  
 laudes. Hęc igitur oratoriæ artis præcepta  
 non erant Dauidi prorsus ignota: quippe qui  
 a spiritu sancto supremo omniū doctore,

DECIMASEXTA. Fo. cxlii.  
 meli⁹ illa didicerat q̄ a Cicerone aut a Quin-  
 tiliano aut Demosthene, aut ab alio quāli-  
 bet docto & experto artifice quūvis alius ho-  
 mo doceri potuisset. Propter quod ipse ali-  
 bi ait. Laudans inuocabo dñm. Laudib⁹ se  
 inuocaturū statuit, p̄pterea q̄ credit se hac  
 via facili⁹ petita impetrare posse. Nam hoc  
 sequentiā verba aperte indicant, quib⁹ ait.  
 Et ab inimicis meis salu⁹ ero. Ad hoc enim  
 deum inuocare decernit, vt ab inimicis suis  
 liberet. Et quia firmissime in domino cōfi-  
 debat q̄ laudibus dñs inuocatus, petita mi-  
 nime denegabit, ideo subdidit. Et ab inimi-  
 cis meis saluus ero. Ad hunc modū in præ-  
 sentiarū Dauid petitionē suam componit.  
 Nam postulaturus se eripi ab his qui circū-  
 dant eum, prius accepta beneficia agnouit,  
 dicens. Tu es refugium meum a tribulatione  
 quæ circūdedit me. Nam his verbis (prout  
 ego existimo) nihil aliud egit Dauid, q̄ vt  
 bn̄ficia a deo recepta agnosceret, & illorū  
 se nō esse immemorē illi ostēderet. Cum ve-  
 ro deinde subdidit, dicens. Exultatio mea  
 erue me a circūdantibus me: indicauit se pro  
 beneficiis receptis gratū deo præstare ani-  
 mū: & se bene erga illum esse affectum. Nul-

psalm⁹  
 cvij.



HOMILIA

Ius enim exultat nisi in ea re quā ardentissimē amat: quā etsi quilibet amor potens sit efficiere lætitiā de re amata: non tamen quilibet amor satis est ad exultationem: sed amor ardens, & sui impotēs. Hoc enim exultatio superat aliam lætitiā, quæ hæc propterea, quæ ex remisso amore oritur, intra cordis angustias se continet: ibique lætitiā exterius ad corpus non egreditur. At exultatio, cum ex immodico amore procedat seipsam cohibere non potest ut non se prodat exterius prumpens: ita ut simul corpore gestiat & corde lætet. Talem lætitiā in deo habent beati, sicut alibi idem propheta ait, Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Tunc enim exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis. Tunc quidem exultabunt: quia tunc deum plene ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & ex totis viribus diligent. Tunc tam effusa erit in eis lætitiā, ut ex toto corpore & corde lætentur. Tunc deus beatos omnes sic adimplebit lætitiā cum vultu suo: ut nulla sit corporis pars, quæ non gestiat lætitiā: nulla etiā animæ vis aut portio quæ non ebulliat gaudio & exultatione. Tunc duplicia in terra illa possidebunt

psalm.  
cxxxvii.

DECIMASEXTA. Fo. cxliiii.

Duplicia quidem possidebunt: quia corpore firmi & corde lætabuntur. Sed hæc in terra sua illis contingent, in qua exultant: non in pegrinatione ista in qua a terra sua exulant. In gloria quidem exultabunt plene sancti. In hoc autem mundo aliqui sanctorum exultant in domino, quibus non ita plena lætitiā quemadmodum in gloria. Nam virgo gloriosa cum intra uterum suum, filium dei hominem factum se gestare certo cognouit, præ nimia lætitiā cecinit dicens. Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Merito quidem exultauit, quæ tantam habuit exultationis occasionem. Nam videbat iam humanæ redemptionis initia. Cernebat se ex ancilla domini, factam sponsam dei patris: ex virgine, matrem tali temperamento factam: ut ad matris dignitatem ascensus virginalem pudicitiam non amiserit. Cōspiciebat se ad tam sublime dignitatis fastigium exaltatam, ut certo sciret ab omnibus generationibus beatam predicandam. Sciebat enim se dei & hominis matrem, per quem omnibus hominibus erat salus restituenda: & via ad cœlestem patriam pãdenda. Merito ergo exultat spiritus virginis in deo salutari suo, hoc est, in dei filio facto homine. Nam ille so

HOMILIA

psalm<sup>o</sup>  
xxxiii.  
 lus fuit salutare nostrū, qui solus p̄ hoībus  
 moriēs, morte sua opat<sup>9</sup> est salutē in medio  
 terræ. Talē lætitiā in deo capiebat Dauid,  
 qui alibi ait. Anima mea exultabit in dño,  
 & delectabit̄ super salutarī suo. Alii lætant̄  
 cum male fecerint & exultant in rebus p̄s-  
 fimis. Alii lætātur super multis diuitiis suis  
 Alii exultant ad ruīnam inimicorū suorum:  
 Alii eo q̄ iuenerint spolia multa. Anima au-  
 tem mea (inquit Dauid) exultabit in dño &  
 delectabit̄ in salutarī suo. Olim cum eram  
 peccatis irretit<sup>9</sup>, cū indulgebā delitiis & ef-  
 frenatus currebā post illas, exultabā in pec-  
 catis meis, & delectabar in illis: nūc autem,  
 deo miserāte, sapiētior factus, peccata mea  
 cognoui, & amara esse cœperūt, quæ cordi  
 meo tanq̄ palato infecto male dulcīa prius  
 fuerant. Et ob hanc causam iam non in illis  
 exulto, sed diebus ac noctib<sup>9</sup> in illis lugeo.  
 Nihil est iam qđ me exultare faciat nisi sol<sup>9</sup>  
 deus. Postq̄ enim illius bonitatē & suauita-  
 tem vel summis labiis gustare cœpi, omnia  
 alia insipida & amara esse cœperunt. Ac p̄-  
 pterea dico qđ deinceps anima mea exulta-  
 bit in dño, & delectabit̄ in salutarī suo. Ex-  
 ultabit in dño, quoties illius immēsa boni-

DECIMASEXTA. Fo. cxlv.  
 tatis recordabor: quoties in mētem venerit  
 quanta & qualia mihi præstitit bñficia: quo  
 modo me peccantē sustinuit: quo pacto per  
 suum p̄phetam me ad p̄nitentiā inuitauit:  
 quam benigne me p̄nitentē recepit: rece-  
 ptum deniq; quam magnifice & liberaliter  
 tractauit. Quoties horum recordabor, re-  
 cordabor autē semper, toties anima mea ex-  
 ultabit in dño & delectabit̄ in salutarī suo.  
 Hæc Dauid. Et propter hanc causam nunc  
 iam peccati remissione accepta, deum allo-  
 quens, ait. Exultatio mea. Ac si diceret. In  
 te solum gaudeo: tu solus mihi es causa læti-  
 tiæ & exultationis. Nam exultatio mea di-  
 xit pro eo qđ est materia & causa exultatio-  
 nis meæ. Sicut enim alibi etiā dixit. Tu es  
 spes mea, hoc est, scopus in quem omnis spes  
 mea tendit: quia in te solum cōfido. Ita etiā  
 nunc ait. Exultatio mea: hoc est, causa exul-  
 tationis meæ. Quib<sup>9</sup> verbis vim & impotē-  
 tiam sui erga deū amoris ostendit: vt vel sic  
 illius animū demulceret, & placabiliorē ad  
 petitionē redderet. Cōsiderastis petitionis  
 exordiu, attendite obsecro iam petitionem  
 ipsam. Erue me, inquit, a circūdatibus me.  
 Non petit̄ pctā p̄terita sibi remitti, sed a fu-

HOMILIA

turis in qua labi poterat liberari. Nam de  
 præteritorum remissione iam securus erat: qui  
 superius dixerat. Tu remisisti impietatem pec-  
 cati mei. Ideo nunc non dicit: miserere mei:  
 aut suscita me, sicut alias: sed ait. Erue me a  
 circumstantibus me. Qui ab uno periculo li-  
 beratus fuerat: prospicit multa alia non mino-  
 ra pericula sibi imminere, quibus resistere,  
 cum se impotentem agnoscat, ad diuinum au-  
 xilium gemitibus confugit, dicens. Exulta-  
 tio mea erue me a circumstantibus me. Exul-  
 tat ergo de peccati præteriti remissione: ge-  
 mit propter metum imminētis periculi, timens  
 ne in peccatum relabi contingat. Exultat, quia  
 de prioris euasit periculo: gemit, quia timet  
 ne succubat in alio. Sic etiam omnem poenit-  
 tentem facere oportet, ut sic de præteritorum  
 poenitentia exultet: ut non sit tutus & sine  
 trepidatione futurorum. Qui nauticant mare  
 & sciunt pericula eius: & si exultant cum vi-  
 dent se scillam euasisse: timent tamen cum  
 fecerint sibi superesse charybdim: ac proinde  
 nunquam est illis vera & perfecta exultatio, quo-  
 usque puenerint ad portum. Qui etiam sunt  
 in belli conflictu, cum unum aliquem prostra-  
 uerint hostem, lætabundi exultant, non ta-

DECIMASEXTA. Fo. cxlvj.  
 men sine metu & trepidatione: quia vident  
 adhuc hostes superesse, quos merito timere  
 oportet. Quoad in hoc mundo versamur,  
 quasi in quodam continuo certamine sumus.  
 Militia (inquit Iob) est vita hominis super ter-  
 ram. Et in hac militia non est nobis collu-  
 ctatio duntaxat aduersus carnem & sangui-  
 nem, sed etiam aduersus principes mundi hu-  
 ius, & rectores tenebrarum harum: aduersus  
 vitia & peccata, & demonem illorum princi-  
 pem. Qui in hoc certamine unum aut alte-  
 rum vitium prostrauerit, merito poterit ex-  
 ultare in domino, sic tamen ut sciat se posse  
 ab illo aut a quouis alio iterum vinci. Qua-  
 propter quoad tempus huius certaminis  
 durat, semper diuinum oportet implorare  
 auxilium: ut nobis lassus opem ferat aduer-  
 sus hostes nostros, quos sine illius auxilio  
 minime superare poterimus. Sit nobis exem-  
 plo rex Dauid, qui de adulterio & homici-  
 dio quibus ante seruierat ereptus: non se pu-  
 tans de futuris tantum, ad deum pro auxi-  
 lio impetrando se conuertit, dicens. Erue me  
 a circumstantibus me. Quod & de peccatis  
 & de demonibus, & de hominibus publicis  
 inimicis intelligi potest. Nam ab his omnibus

Job.  
vij.

Ephes.  
vi.



## HOMILIA

homo in hac vita circūdat, vt ad terram p̄sternatur: & non relinquat in spiritali illius structura lapis super lapidem. Tot sunt hostes qui nos circūdant, vt cū Iob dicere possum⁹. Obsederūt in gyro tabernaculū meū. In gyro obsidēt: quia ab omni parte patent tentationes. Nulla est pars ab hoste libera. Hinc caro cum sua tota illecebrarū militia nos impetit: illinc mundus cum suis hominibus, oppugnat: alia ex parte quasi ex alto dæmon inuadit: & suis astutijs subtilissimis mētem p̄forare nitit: vt ad illam penetrare valeat. Merito ergo quisq; tantā hostiū multitudinem circūspiciens, Dauidē imitatus dicere poterit. Dñe quid multiplicati sunt qui tribulant me: multi insurgūt aduersum me. Multi quidem bellantes aduersum nos. Oppugnamur ab hominib⁹ fere omnibus. Aliqui suo malo exemplo nos oppugnant: nam qui male coram alio agit, illum ad simile agendum non solum allicit, sed impellit. Alii malis suis verbis nos ad peccatum trahunt: qm̄ (vt apl⁹ ex poeta citat) corrupti p̄t bonos mores colloquia praua. Alii peccati occasiones offerūt: & horū maior pars: qm̄ in hoc genere belli, nulli t̄ra fides: cum

Job.  
ix.

ps. iij.

ps. lv.

j. Cor.  
xv.

DECIMASEXTA. Fo. cxlvij.  
ratus sit qui nobis causam peccati non præstet: & ideo nulli fidendū præter q̄ soli deo: qm̄ solus ille verus & fidelis amicus: reliqui autem omnes sapissime faciem prætere vident amici: re tamen (bene vt decet perspectiva) hostes sunt acerbissimi. Nam hostes sunt vicini, cognati, fratres, parentes, filii. Vicinorū siquidem cōsuetudo sæpe noxia fuit. Fratres inuidia vexat: testes sunt Abel & Ioseph. Hæc discordiā inter fratres irreconciliabilē sæpe numero parit adeo vt (iuxta Aristotele) fratrum discordiæ sint omnium acerbissima. Parentes indulgentia nimia filios lædūt: quo fit vt dum se nimium diligere credunt, filios odiant: qm̄ (vt sapiēs ait) qui parit virgæ odit filium suum. Quid de filiis loquar? Hi certe sunt plerūq; suorū parentū hostes crudeliores dum illis obsequuntur & omnibus illorū parent mādati, q̄ dum relictant. Nam his amatoris venenis parentes suos sic filii demētant, vt sui cōpotes illi nō sint: neq; aliquid nisi ad filiorū nutum agāt: nil aliud q̄ de filiis cogitent: illos toto corde, tota mente, tota anima diligant: illos velut deum adorent. Vt illorum augeant patrimonium deum contemnūt. Deum deris

Gene.  
iij. et  
xxxvij

puer.  
rij.



HOMILIA

Inquit vt illis magnas congregare valeant diuitias, quas illi prodige postea effundent: aut suis exigentibus demeritis amittent. Non possunt hostes grauib[us] hostibus nocere, quā filii parentibus suis sapissime nocent. Post hos omēs succedit caro, magno satellitio variarū cogitationū comitata: & hæc eo periculosior est hostis, quo magis domesticus. Minus enim cauet, & ideo magis potest incautos opprimere. Deinde cū non a foris veniat sed nobiscum habitat, & intra domum latitet, potest continuo sine cessatione nocere. Hic est ille angelus sathanae qui Paulum sine intermissione collaphizabat. Dicitur autem angelus sathanae, quia dæmone instigante sepe numero caro mouetur. Nam (vt est apud Iob) halitus eius prunas ardere facit. Et quia sine cessatione vexantem tolerabat, ideo ter dñm rogauit vt auferret ab eo. Sunt alii multo & potentiores & callidiores hostes, qui nos vndiq[ue] & quotidie circūdant, semper obseruantes qua via nocere possint. Dæmones hi sunt, quorum potetiam Iob explicans, ait. Non est potestas quæ comparet ei: qui factus est vt neminē timeret. Astutia illorum est tantū

h. Co.  
rim. xij.

Iob.  
li.

Iob.  
li.

DECIMA SEXTA. Fo. cxlviii.  
ta, vt sicut bestia ante hominē, sic ante dæmonem sit astutissimus hominū. Propter hoc enim (vt ego existimo) dæmones dicitur venatores in scriptura sacra: quoniam nos ad illorum astutiam relati, bestiae sumus illorum venationi expositi. Ipse liberauit me, inquit Dauid, de laqueo venarū. Dæmones propter illorum in decipiendis & capiendis hominibus astutiam, appellauit venatores: a quorum laqueis quia se propriis viribus eripi posse nō credit, in adiutorio altissimi habitare conatur: & in protectione dei cœli cōmorari. Nam quia suis viribus diffidit, auxilium nunc implorat diuinū, dicens. Exultatio mea eripe me a circūdatibus me. Nec fide dubia & vacillante petit, sed firmissimā spei anchoram in deo figens, de exauditione certissimū deum orat. Vnde alibi ait. Re-  
ps. xc.  
ps. xc.  
spice inimicos meos quā multiplicati sunt, & odio iniquo oderūt me. Si vnus aut alter tantū esset hostis, forsan cum illo quis manus cōserere auderet: sed tā multi sunt, vt stellas cœli & maris harenas, & pluriā densissimā guttas supare valeāt. Deinde cum tā multi sint, nō repide aut remissa nos inse  
v liii

## HOMILIA

quatur: sed odio iniquo oderunt nos. Quis  
 igitur tanta virtutis erit, ut contra tot talesque  
 hostes infracto animo certare possit? Custodi  
 tu igitur animam meam & erue me. Nisi enim  
 tu custodieris frustra vigilabunt omnes qui il  
 lam custodire conantur. Tanta autem fiducia  
 hoc a te peto, ut certus sim quod non erubescam:  
 quoniam speravi in te. Erubescit qui petitionis  
 suae repulsam sustinet. At ego qui certus  
 sum me impetraturum quod peto, erubescere  
 non timeo: quoniam in te speravi qui nunquam dese  
 ris sperantes in te. Deus igitur qui benignus &  
 misericors est, sic invocati & in illo speranti,  
 statim auxiliares copias mittit: quoniam fidelis  
 est qui non patitur nos tentari supra id quod  
 possumus. Primo quidem omnium deus peccato  
 rem in tentatione positum confortat, dicens.

psalmus  
 cxxvi.

Viriliter age & confortetur cor tuum & susti  
 ne dominum. Deinde virtute tanta illum ex  
 alto induit, ut contra omnes hostes quibus fortis  
 simos & iniquissimos intrepide ille pugna  
 re possit. Duos e suo exercitu milites fortis  
 simos illi mandat, quorum auxilio munitus nunquam  
 in certamine qualibet duro homo succu  
 bere poterit. Timor & amor hi sunt. A dex  
 tris pregit amor: a sinistris defendit timor.

## SEXTADECIMA. Fo. cxlix.

Qui timet deum (inquit sapiens) nihil negli Ecclesi.  
 git. Fortis revera bellator est timor dei: qui  
 omnes negligentias fugam capessere cogit.  
 Longe tamen fortior est illo dei amor: quoniam  
 nam fortis est ut mors: ante cuius conspe  
 ctum nihil est adversae potestatis quod subsistere  
 possit: quoniam patiens ille est & benig  
 nus: omnia credit: omnia sperat: omnia  
 sustinet. Hinc sapiens tironem Christianum  
 hortatur ut in certamine positus his duobus mi  
 litibus muniatur sic inquit. Fili accedens ad  
 servitutem dei: sta in iustitia & timore & praepara  
 animam tuam ad temptationem. In iustitia & ti  
 more stare precepit. Caritas est vera iustitia,  
 quae nos iustos efficit & dei filios. Haec est  
 quae nos stare facit, & accinet nos efficit  
 ad omne opus bonum. Nescit enim illa locum  
 dare hosti: nunquam succubere novit. Sed si  
 caritas tam fortis est: & tantam conciliat fi  
 duciam: cur additum est in timore? Si iustus  
 est quid timet? Si non est iustus quomodo  
 stat? Timor iste qui vires animo tribuit &  
 ad bellum confortat non est ille poenarum ti  
 mor quem servi habere solent: quoniam hic ma  
 gis deicere animum solet quam erigere. De hoc  
 hoc enim timore ait Salomon. Pigrum deum

HOMILIA.

**1. Joã.** cit timor. Hic est ille quē perfecta charitas  
**iiij.** mittit foras. Optimus innocētiæ custos, &  
 iustitiæ fidelissim⁹ comes est timor filiorū:  
**1. Cor.** quo sola culpa & patris offēsa timetur. Qui  
**1.** stat, inquit apostolus, videat ne cadat. Et  
**Rom.** iterum. Tu autem fide stas, noli altum sape-  
**xi.** re, sed time. Hic timor ad bona opera exte-  
**Job. ii.** timore munitus erat ille qui dicebat. Vere-  
 bar omnia mea sciens q̄ non parceres delin-  
**1. Cor.** quēti. Et ille qui nō se iustificatū credebat,  
**iiij.** quāuis nihil sibi conscius erat. Qui ab his  
 duobus militibus iuuatur, tam fortis est &  
 tantum hostibus metum incutit, vt a facie  
 ipsius concidāt inimici eius: & in fugam cō-  
 uertātur. Nā huiusmodi athletæ promissio-  
**Genit.** nes ille dantur quibus deus ait. Persequen-  
**xxv.** ti inimicos vestros & corruent corā vobis  
 Persequētur quinq; de vobis centū alienos,  
 & centū de vobis decē milia: cadent inimici  
**Deut.** in conspectu vestro gladio. Et alibi iterum.  
**xxij.** Vnus ex vobis pugnabit pro mille: & duo  
 ex vobis fugabūt decē milia. Hos milites vt  
 credi par est in sui adiutorio Dauid habe-  
**1. 1. Sal.** bat cū tam viriliter loquebatur. Non time-  
**iiij.** bo inquit, milia populi circūstantis me. Sed

DECIMASEPTIMA. Fo. cl.

quia hos fortissimos milites a deo sibi in ad-  
 iutoriu datos optime intelligebat, inde om-  
 nē hui⁹ certaminis gloriā deo tribuebat: in  
 illo quicquid ingrueret sp̄e suā collocabat.  
 Vnde ait. Si dñs mihi adiutor non timebo  
 quid faciat mihi homo. Si parū tibi hoc vi-  
 detur, audi mai⁹. Dñs mihi adiutor, & ego  
 despiciā inimicos meos. Si exurgāt aduer-  
 sum castra, nō timebit cor meū. Si deus pro  
 nobis quis cōtra nos: Nō q̄ nullus, sed quia  
 tam parum proficiet ac si nullus esset. Nam  
 interrogatio illa quēdam hostiū contēptū  
 designare videt. Hac igitur fiducia Dauid  
 ad deū cōfugit & illius implorat auxilium di-  
 cens. Exultatio mea erue me a circūstanti-  
 bus me. Tu igitur si a demonū incursum,  
 mūdi & carnis illecebris liberari optas, noli  
 tuis fidere viribus: noli de tua virtute præsu-  
 mere: sed cōfuge ad deū: illius implora auxi-  
 lium qui neminem ad se fugietem elicit, &  
 sic ptegeris ab oībus circūstantibus te qui  
 in tartara deicere te conabātur: vt sine vllō  
 offendiculo possis intrare in gloriā aternā  
 per merita Iesu Christi dominū nostri qui cū  
 patre & spiritu sancto viuit & regnat in sæ-  
 cula sæculorum. Amen.

1. Sal.  
 xxvij.

HOMILIA.

HOMILIA DECIMASEPTIMA.

Intellectum tibi dabo, & instruam te  
in via hac qua gradieris.



Num & magnū diuinæ pieta-  
tis indicium est, q̄ nunquā ho-  
minum clamoribus qui illum  
interpellant fatigatur: sed po-  
tius illis delectatur: quod vel  
hoc argumēto persuaderi pō-  
test, q̄ nunq̄ nostris clamori-  
b⁹, aures suæ misericordiæ obstruit: sed po-  
tius eas semp̄ patētes esse vult: semp̄ exaudiēs  
nos si in vera fide nihil hæsītātes clamamus  
ad illū. Nunquā deus alicui qui suū implora-  
uerit auxiliū seipsum denegat, sed cōtinuo  
fert opem, non patiens illum tentari supra  
id quod potest. Neq̄ longas sustinet moras  
in subuentione: sed prope est semper omni-  
bus inuocantibus eum: atq̄ a deo prope vt  
(quē admodū ipse per Esaiā prophetā ait)  
ante quam clament ipse exaudiet. Huius rei  
testis fidelissim⁹ est Dauid qui accepta a deo

Esai.  
lxx.

DECIMASEPTIMA. Fo. cli.

beneficia agnoscens & prædicans, ait. Vo-  
ce mea ad dominū clamaui & exaudiuit me  
de mōte sancto suo. Et iterū. Cum inuoca-  
rē exaudiuit me deus iustitiæ meæ. Et rur-  
sus. Ad dominū cum tribularer clamaui, &  
exaudiuit me. Hoc etiam in præsentiarum  
experiri possumus. Nā cum in præcedenti-  
bus versibus ad dominū clamasset illius im-  
plorās auxiliū, vt illius ope & fauore posset  
ab hostibus suis liberari: nunc in præsentī  
versu diuinū accepit responsum, sic dicens.  
Intellectum tibi dabo, & instruam te in via  
hac qua gradieris. Nā hæc sub persona dei  
Dauidi respōdentis dicta esse constat. Nec  
vacat mysterio quod decimus hic versus sit.  
quo Dauid meruit diuinū accipere respon-  
sum. Per hoc enim docemur tunc nos peti-  
ta facile a deo impetrare, cū de ealogum ob-  
seruantes a deo quod cupimus postulamus.  
Nam qui mandatis suis obtēperat, nunquā  
nouit dominus illius postulatū abnuere. Et  
ob hanc causam Dauid cum per nouen ver-  
sus orasset in decimo est exauditus. Quod  
autem ait: intellectū tibi dabo: aperte indi-  
cat, intellectum esse summe necessarium, vt  
quis se ad æmone & vitū eripere possit. Sed

Psal.  
iii.  
Psal.  
cxv.



HOMILIA.

nunquid Dauid carebat intellectu? Nonne homo erat? Cur ergo quasi aliquid noui se daturū illi deus promittit dicens: intellectū tibi dabo? Habet quidē intellectum peccator, hoc est, vim & potentiam intellectuā: quoniam in ipsis etiam dæmonibus (vt diuinus Dionysius ait) naturalia māserunt in tegra. Verum & si intellectiua peccatoris potentia sit integra: est tamen a deo deprauata, vt raro bene sentiat, & (prout oportet) iudicet. Nam bona sæpe dicit mala, & mala dicit bona: quæ magna sunt & immensa, velut parua contemnit. Contra etiam quæ vilia sunt & parua, tanquā magna sint æstimationis suspicit & mirat. Quæ enim a nobis longissime absunt etiam si valde magna sint dimensionis, parua iudicare solemus: quæ autem prope sunt, iudicantur maiora. Peccator quia lōge est a deo: longe ab illius gloria, ideo omnia quæ deus parauit diligētibus se, pro nihilo habet: temporalia autem hæc & caduca quæ hominem ducūt ad interitum, quoniam illa diligit, & illis toto adheret affectu, magna esse censet. Voluntas etiam cum cæca sit, obstat, vt intellectus recte non intelligat: quia puluis re-

DECIMA SEPTIMA. Fo. clif.  
rum temporalium quem voluntas ob oculos intellectus spargit, illum recte videre & de rebus iudicare non sinit. Et propter hanc causam peccator cum a via veritatis aberrare cœpit, ad rectam viam nisi a deo reuocetur redire non poterit, sed eo longius progredietur quo se rectam tenere viam magis credit. Est enim peccatoris spiritus uadens & non rediens. Recedere a deo potuit, redire ad illum non poterit. Nam quamuis nouissima viæ per quam graditur peccator, ducant ad mortem, illi tamen via recta videtur. Et hinc euenit vt ab illa nunquam recedat, nisi deus illum rectam doceat viam. Quam cum ingressus fuerit, nisi deo comitanter & semper docente, ad finem vsq; viæ peruenire non poterit: quoniam semper illo direttore & doctore nobis est opus. Et ob hanc causam Dauid alibi dicebat. Deus meus illumina tenebras meas: quoniam in te eripiar a tentatione & in deo meo transgrediar murum: id est, omne virtutis impedimentum. Et in alio psalmo ait. Da mihi intellectum & scrutabor mandata tua & custodiam illa in toto corde meo. Nullus recte potest dici manda-

¶ Psal. lxxvij.

¶ Psal. lxxvij.

¶ Psal. cxvii.



HOMILIA.

ta custodire, nisi illa intellexerit. Nullus autem potest illa intelligere nisi a deo fuerit edoctus: quod propheta agnoscens, alibi ait. Doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus est. Nullus ergo de seipso presumat credens se posse dei mandata cognoscere, cum propheta David petat de illis a deo doceri, dicens. Da mihi intellectum ut discam mandata tua. Hoc quippe sine auxilio diuinae inspirationis nemo assequi potest, sed in omnibus diuina nobis est exoranda clemencia, ut cordibus nostris spiritum infundat cuius unctio doceat nos de omnibus: & sciamus quae sit voluntas dei bona beneplacens & perfecta. Prius ergo intelligenda est via mandatorum: & deinde per illam ambulandum. Nam qui recte dei mandata intelligit, non solum non deterrebitur a via mandatorum illius, sed vltro gaudens & exultans per illam sine offendiculo curret. Est enim via illa plana: quoniam mandata dei (ut beatus Ioannes ait) grauiam non sunt. Et ipsamet veritas ait. Iugum meum suauis est & onus meum leue. Et propheta postquam mandata dei intellexerat, dixit. Omnia mandata tua aequitas. Atque quod aequum & iustum est licet in limine viae

Psal.  
cxlij.

f. Joā.  
v.  
Adatt.  
H.

DECIMASEPTIMA. Fo. clvii.

asperum videatur, mox tamen cum primos aditus quis pertransierit leue & suauis iudicabit. Nam via virtutis dextrum petit ardua callem. Difficile quoque aditum primum spectantibus offert. Sed requiem prebet fessis in virtute summo. Qui ergo a via mandatorum dei aberrat, illa non intelligit: quoniam si intellexisset ab illis nunquam declinasset. Ut igitur David viam virtutis quam per poenitentiam fuerat ingressus non desereret, intellectum se illi daturum deus promittit, dicens. Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac qua gradieris. Intellectum quidem, hoc est, intelligentiam earum rerum quae ad vitam aeternam acquirendam sunt necessariae. Non autem intellectum, id est, vim intellectiuam: quoniam haec etiam peccator habebat. Qua propter beatus Hieronymus ut amphibologiam vitaret transfudit. Docebo te. Docet nos deus, quam mala sint illecebrae & venenosae, quam noxiae diuitiae, quam fugaces honores & vani, ut horum omnium vanitate & malicia perspecta ab illis abstinemus. Nam si peccatissimiis horrendam turpitudinem & incommoda quae ex illo oriuntur quis intellexerit, fieri non potest ut ab illo non refiliat.

Virg.  
in lite-  
ra py-  
thagorae.

HOMILIA.

**Hiere.** Hinc est quod dominus ad Hieremiam pro-  
phetam loquens, ait. Arguet te malitia  
tua, & auersio tua increpabit te. Ipsa enim  
peccata arguunt peccatores quæ cum tam  
noxia sint, illis tamen adharere, & exten-  
sis (vt aiunt) vlnis illa amplecti peccatores  
non verentur. Cum horum malitiam plene  
intelligit peccator, confunditur, & erubescit,  
rem tam malam tamq; noxiã fuisse am-  
plexatum. Et ex hac confusione oritur ple-  
na peccatoris conuersio. Nã ex basan, quod  
interpretatur confusio, deus conuertit pec-  
catorem in profundum maris, hoc est, acer-  
bissimũ peccati dolorem. Et tantum aliquã  
do conuertit vt peccator ipse sanguinẽ pro  
deo effundere nõ reformidet. Docet etiam  
nos deus virtutis bonitatem, suauitatem  
mandatorum dei: præmia magna quæ dili-  
gentibus se præparauit: docet nos quã leue  
& momentaneum est quod patimur: quam  
magnum & sempiternũ quod speramus: vt  
his agnitis viam virtutis quã semel ingressi  
sumus, nõ deseramus, sed illam vsq; ad mor-  
tem teneamus. Vt autem hoc plene nos do-  
ceat, nullam viam intentatã relinquit. Nam  
docet nos interna inspiratione: docet exã

Isa. lvi.

DECIMA SEPTIMA. Fo. clxii.  
plo: docet verberibus. Docet quidem inter-  
na inspiratione, cum intus infundit noti-  
tiam eorũ quæ oportet. Nam (vt est apud  
Iob) inspiratio omnipotentis dat intelligen-  
tiam. Sic docuit prophetas omnes. Sic do-  
cuit apostolos in die pentecostes sicut ipse  
ante promiserat dicens. Paracletus autẽ spi-  
ritus sanctus quem mittet pater in nomine  
meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vo-  
bis omnia quæcũq; dixerò vobis. Hoc mo-  
do plures alios deus docere solet: sed doctri-  
nam illius nõ nisi illos qui a terrenis cogita-  
tionibus sunt separati, discit. Daniel enim  
nõ nisi post triũ hebdomadarũ ieiuniũ & lõ-  
gam orationem, multa intellexit. Apostoli  
postq̃ fuerat in ieiunio & oratione perseue-  
rãtes, spiritũ sanctũ doctorẽ susceperunt.  
Hinc Ezechiel ppheta dñs ait. Egre-  
dere in cãpũ, & ibi loquar tecũ. Quia non nisi illi  
qui a tumultib⁹ huius mũdi separati loquit̃  
dñs ad cor. Hinc Eliphaz Temanites apud  
Iob ait. Porro dictũ est ad me verbũ abscõ-  
ditũ. Quãdo autẽ hoc verbũ audierit expres-  
sit, subiugens. In horrore visionis noctur-  
næ, quando sopor solet occupare homi-  
nes. Verbum absconditũ est sancti spiritus

Job. i.  
xxxij. i.

Joan. i.  
xiiij.

Dan. x.

Act. ij.

Eze. iij.

Job. iij. i.

HOMILIA.

interna locutio: quæ absconditum verbum  
ideo dicitur: quia non palam fit, sed intus in  
corde: intus sentitur, sed extra nō auditur.  
Hoc verbum nobis dominus secreto loquitur,  
quando nos docet hæc caduca & vana  
contemnere: & pro æterna gloria suspirare.  
Hoc verbū audit quisquis locutionem sancti  
spiritus concipit. Quia vero non omnes  
hanc locutionem audiunt omni tempore,  
ideo tempus opportunū huic locutioni indi-  
cauit, sic inquit. Quando solet sopor oc-  
cupare homines. Soporis nomine, interna  
quies animæ designatur qua anima ipsa a  
terrenorū amore & cogitatione se subtra-  
hit, vt deo liberius vacare possit. Ita dormie-  
bat sponsa cum de illa sponsus ad adolescen-  
tulas in canticis loquebatur: Adiuuro vos  
(inquit) filiæ Hierusalem ne susciteris neque  
euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.  
Anima contemplationi dedita, & a terrenis  
tumultibus semota, non est ad illos aduocā-  
da quousque ipsa velit. Volet autem ipsa quo-  
ties necessitas vrgebit. Quando hic sopor,  
id est interna quies, mentem occupat, tunc  
homo deum interiorius loquentem audit: quia  
nunquā mens nostra doctrinā dei interiorius

Lant. ij

DECIMASEPTIMA. Fo. cliiij.

nos docentis intelligit, nisi prius a terrenis  
se cogitationibus auerrat. Omnibus enim ipse  
loquitur ad cor: & omnes de credendis &  
agendis instruere satagit: nō tamen omnes  
illum loquentem audiunt, aut illum docen-  
tem intelligunt: quia tumultus variarū ter-  
renarum cogitationū quæ in illorum menti-  
bus peristrepunt, impedit, ne dei locutionē  
audiant. Docet nos etiam deus locutione  
exteriori: cum per se aut per doctores suos  
quos ad hoc officium sæpe mittit, veritatem  
nobis manifestat. Docuit iudæos & in illis  
nos omnes verbo: in humanitate assumpta  
illis veritatem annuncians. Docuerat antea  
per prophetas. Nam locutus est dominus  
per os sanctorū qui a sæculo sunt prophe-  
tarū eius. Docuit postea nos oēs per aposto-  
los. Docet quotidie per veros sui verbi præ-  
dicatores. Nā his omnibus dominus ait. Nō  
estis vos qui loquimini, sed spiritus patris  
vestri qui loquitur in vobis. Et euidā pro-  
pheta dñs dixit. Si separaueris speciosum a  
vili, quasi os meū eris. Propter quod domi-  
nus se sperni existimat, cū prædicator vera  
populo annūcians spernitur. Hinc Moyses  
propheta a deo missus, is populo contra illum

Luc. j.

Mat. x

Mat. x.

Luce. p.

HOMILIA.

**Ero.** **rvj.** murmuranti dicit. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra dominum. Loquebatur siquidem in Moysse deus, & propterea murmur quod contra se factum fuerat, aduersus deum fuisse factum non immerito censebat. Sed multi sunt qui a predicatoribus doceri nolunt: quia illi conformia suae prauae voluntati non docent. Hi sunt illi de quibus dominus per Esaiam prophetam, ait. Populus enim ad iracundiam prouocans est: & filii mendaces: filii nolentes audire legem dei: qui dicunt videtibus: nolite videre: & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quae recta sunt: loquimini nobis placentia: videte nobis errores. Alii autem in tantum obduruerunt, ut non solum doctrinam recusent, sed docentibus minentur. Et hi certe peiores Herode hac ratione censendi sunt. Nam ille metuebat Ioanem predicantem: & auditoea multa faciebat. Multi tamen sunt qui predicatore audito non timet, sed magis ab illo timeri volunt. Vnde euenit, ut eorum meritis exigentibus deus illis veros predicatores subtrahat, & pseudo prophetas illis permittat: ut qui vera audire contempserunt, mendacia plurima audiant. Nam cuida pro-

DECIMASEPTIMA. Fo. clxliij.

pheta sancto dominus ait. Linguam tuam faciam adhaerere palato tuo & eris mutus, nec ut vit obiurgas eos: quia domus exasperas est. Et Paulus apostolus Thessalonicis scribens ait. Eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salui fierent, ideo mittet illis de operatione erroris, ut credant mendacio: ut iudicentur omnes qui non credunt veritati. Ex quibus manifeste colligimus, peccatorum multitudinem & obstinationem esse causam propter quam de peccatoribus, veritatis doctrina subtrahat: quoniam indignos illos censet, quia praedicatoribus suis doceant. Verum antequam ad hoc de deueniat alia via adhuc nos docere terat & quidem potissima: exemplo scilicet suo nos ad virtutem commouens. Vnde ait. Discite amem: quia mitis sum & humilis corde. Ut nobis manus fuerit dominum & humilitatem doceret, seipsum nobis in exemplum proponit, ut si ab hominibus discere veremur, ab illo saltem discere non vereamur. Discam ab illo humilitatem, qui tam humilis fuit, ut non venerit ministrari sed ministrare, & ponere aiam suam pro multis. Nam postquam discipulorum suorum pedes lauerat, dixit illis. Si ego laui pedes vestros dominus & magister: & vos debetis alteri lauare pedes. Exemplum enim dedi

Eze. iij.

ij. The  
salo. ij.

Matth.  
ij.

Joan.  
iij.

HOMILIA

vobis, vt quæadmodû ego feci vobis ita & vos faciatis. Discite ab illo mâsuetudinem: quoniam ille tam mitis & mâsuetus fuit: vt cû malediceret nõ maledixerit: cû pateret, nunquã fuerit minatur: sed tanquã agnus innocens coram tondente se, semp obmutuerit. Discite ab illo persecutiones a quo animo tolerare: quoniam niam ipse se vobis in exemplum proposuit dicens. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si inimicos vestros diligere nescitis: ille vos exemplo suo docuit, qui in cruce positus pro suis persecutoribus patrem orauit, dicens. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. In omnidique virtutis genere ille primatum tenuit: vt nobis se exemplum sine reprehensione præberet. Propter quod recte de illo Michas prophetauit dicens. Ascendet iter pandens ante eos. Quis est quia ascendit nisi qui & descendit in inferiores partes terræ Iesus Christus dominus noster? Sed hic ascendit pandens iter ante nos. Ipse enim docuit nos veram quietis viam esse, labores hic pro deo susceptos: veram viam lætitiæ perennis, esse lachymas hic pro deo effusas. Nam si oportuit Christum pati vt intraret in gloriam suam, quis est adeo demens vt

Joan.  
iij.

Luce,  
xiiij.

Mich.  
ij.

Actum,  
xviij.

DECIMASEPTIMA. Fo. clvii.  
in his mundi delitiis semper versatur speret se intrare in gloriam! Siquis ergo illic puenire optat, sequatur directorem. Nam Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Dauid qui errare metuebat, a deo dirigi postulabat dicens. Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam volui. Et iterum. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia. Et hoc ipsum est quod sub aliis verbis in hoc psalmo petit dicens. Exultatio mea erue me a circumdantibus meis. Nam ad hoc hostes nos circumdant: vt a recta mandatorum dei via nos diuertere faciant. Et propter hanc causam dominus respondet dicens. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris. Vel vt translatio beati Hieronymi habet) monstrabo tibi viam per quam ambulabis. Sed licet deus exemplo suo nos doceat viam rectam: & ipse pandat iter ante nos vt illius vestigia sequamur: multi tamen sunt qui illum non sequuntur: quia vias illius scire nolunt. Illi enim, Iob teste, dicunt deo. Scientiam viarum tuarum nolumus. Vias domini sunt humilitas, paupertas, patientia. Sed has vias iniqui scire nolunt: quia quod facere con-

i. ps.  
ij.

psalmus  
cxvii.

Iob.  
xxij.



HOMILIA

temnūt scire dedignātur. Illi siquidem ho-  
nores appetunt, diuitias amant, labores re-  
cusant: & ideo vias dei spernūt. Et inde eue-  
nit vt scientiā viarum dei nolint. Sed licet il-  
li recusent, de<sup>9</sup> tamē qui nostrā omnīū salu-  
tem summe desiderat, qui omnes nos (vt apo-  
stol<sup>9</sup> ait) vult saluos fieri: adhuc alia via nos  
docere tentat. Immittit namq; flagella, vt il-  
lorum p̄cussione oculi peccatoris aperiant,  
quos inter vitia securitas cœcauerat. Nam  
huiusmodi peccatorib<sup>9</sup> (vt ait Esaias) sola  
vexatio dat̄ intellectum. Vnde Paulus ait.  
Omne quod arguit̄ a lumine manifestatur:  
Qm̄ sicut effectus ostēdit causam, ita pœ-  
na ostēdit nobis culpam pro qua infligitur  
pœna. Hoc modo deus plures docuit huc-  
usq; & docebit deinceps, sicut apud Iob di-  
citur. Aperit aures virorum, & erudiens in-  
struit eos disciplina, vt auertat hominē ab  
his quæ fecit, & liberet eum de supbia, eru-  
ens animā eius a corruptione, & vitam illius  
vt non transeat in gladiū. Disciplina quip̄  
pe peccatorē deus erudit, vt agnoscat mala  
quæ fecit: & sic erudiens eruit animā a cor-  
ruptione & vitam illius vt non transeat in  
gladium. Prius eruit̄ a corruptione: postea

1. timo.  
ij.

Esai.  
xxvij.  
Ephe.  
v.

Iob.  
xxxij.

DECIMASEPTIMA. Fo. clxvi.  
a gladio: quia nisi hic liberatus fuerit a pec-  
cato, postea non liberabit̄ a supplicio. Nam  
de culpa trāsitur ad pœnam. Qui autem in  
hoc sæculo liberat̄ a culpa, non habet quod  
postmodū in iudicio formidet sentētiæ gla-  
dium. Ideo flagellis pr̄mētibus deus eru-  
dit peccatorē vt prius auertat illum a corru-  
ptione culpæ, & postea liberet illum a gla-  
dio damnationis aternæ. Et dñs ad Hieru-  
rusalem per Hieremiā pphetam ait. Erudi- **Hiere.**  
te Hierusalē, ne forte recedat anima mea a **vj.**  
te. Quo loco, iuxta translationē septuagin-  
ta, dicit̄. Per omnē dolorem & flagellū eru-  
dieris Hierusalem, ne forte recedat anima  
mea a te. Ex quibus verbis discim<sup>9</sup>, qd̄ deus  
plagis atq; tormentis affligit peccatorē vt  
erudiat illum & corrigat. Qui ergo angu-  
stis premitur: ad leniendū dolorem recor-  
detur huius diuini oraculi. Per omnē dolo-  
rem & flagellum erudieris Hierusalē. Vnde  
apud Iob dicitur. Beatus homo qui corri- **Iob. vi**  
p̄itur a domino. Beatus, inquā, quoniā ip-  
sa correptio signum quoddam est futuræ  
beatitudinis certissimum: quoniam (vt ait  
Paulus) quem diligit domin<sup>9</sup> castigat. Fla- **Hebr.**  
gellat autem filium quem recipit. Et ipse **xij.**

HOMILIA

met domin<sup>9</sup> ait. Ego quos amo redarguo  
& castigo. Vere ergo beatus qui corripitur  
a domino: quia hoc argumēto deus se illum  
diligere declarat. Beatus est qui flagellatur:  
qm̄ per huiusmodi flagella a deo eruditur:  
vt vitæ præsentis illecebris tanq̄ noxiis &  
mortiferis relictis, veras delicias & nunq̄ pe-  
rituras quas deus in cœlo parauit diligentibus  
se, toto animo perquirat. Beat<sup>9</sup> homo  
quem tu erudieris dñe & de lege tua docue-  
ris eum. Vt mitiges ei a diebus malis, donec  
fodiatur peccatori fouea. Malos dies dixit  
eos in quib<sup>9</sup> peccatores opprimūt iustum.  
Vt autē hos dies æquo animo quis toleret,  
& mitiores illos sentiat, deus erudit illū &  
docet, aduersitatē illam non esse longo tem-  
pore duraturā: peccatorū & tyrannorū po-  
testatē, qua alios opprimere valeant non fu-  
turam ppetuam, sed aliquādo fodiendam es-  
se peccatori foueam: vt perferat ipse in cor-  
pore & in anima sua, quas aliis iniuste intulit  
afflictiones. Quia non repellet dñs plebē  
suam, & hereditatē suam non derelinquet.  
Quem autē deus sic erudit, vere is beatus:  
qm̄ certam beatitudinis viā tenet, quæ est  
alacris tribulationū tolerantia. Sed si bea-

ps. xc.  
ij.

DECIMASEPTIMA. Fo. clix.

tus est qui a domino corripitur, & sic ab illo  
eruditur, merito stultus atq; adeo miser cœ-  
sebitur, qui dñm corripicem arguit, & sic  
ab illo doceri recusat. Ideo Iob postq̄ dix-  
erat eum qui a dño corripitur beatū, subdi-  
dit. Inreparationē ergo domini ne reprob-  
es. Nam reprobatione dignus ille erit, qui do-  
centem increpare non veret. Cum ergo af-  
flictiones aliquas aut molestias perfers, agno-  
sce dei doctrinā qui flagellis peccatores eru-  
dire cōsuevit: & noli increpare ne ingratus il-  
li videare: sed age gratias q̄ intellectum tibi  
dat, & instruit te in via hac per quam ambu-  
las. Intellige non esse ppetuas huiusmodi af-  
flictiones, sed temporarias quæ tādē fini-  
ent & in æternam requiē, si illas æquo ani-  
mo hic pertuleris, commutabunt. Omnis  
enim disciplina in præsentī non videtur esse  
gaudii sed mœroris: postea autem fructum  
pacatissimū exercitatis per eam reddit iusti-  
tiæ. Cum igit̄ flagellaris, vt alacri animæ ce-  
dant: peccata tua cōsidera, & illorum meri-  
ta diligēter inuestiga: & intelliges q̄ multo  
maiora merebaris, q̄ a te exigantur: & tunc  
deo gratias ppter huiusmodi flagella ages,

Hebr.  
xij.

## HOMILIA

quod te per illa erudiuit & intellectu dedit, quod illo donante tanta tormenta quanta merebaris, tam modicis flagellis redemeris, & vitam tibi deinde post illa parat aeternam, per merita Iesu Christi domini nostri: qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA DECIMA OCTAUA.

Firmabo super te oculos meos.



Quia Ierax deus se docturum uiam per quam Dauid ambulauit, se ab hostibus illum circumdantibus posset eruere: nunc ostendit quid facturum sit ut illum plane docere ualeat. Firmabo, inquit, super te oculos meos. Qui aliquem uiam docet, & illum recte discere oportet, postquam uerbo illum instruxit, & indice uiam comonstrabit, intuetis illum aspiciat oculis & diligenter obseruat, an per uiam quam illi indicauit incedat, an ab illa declinet: & si illum errare conspiciat, statim admonet illum & ad rectam uiam reuocat. Ad

## DECIMOCTAUA. Fo. clxviii.

hunc modum deus, cum iis quos ad gloriam destinauit, facit. Nam illis (ut proximo sermone diximus) uerbo & exemplo uiam celestis patriae indicauit, dicens. Uia regia grauiemini, neque declinabitis ad dexteram neque ad sinistram. Uia regia est charitas qua rex ille regum dei filius de celo uenit ad terram. Haec uia lata est: quoniam (ut ait propheta) latum mandatum tuum nimis. Lata quidem uia quae omnes amplectitur, neminem excludit: quoniam amicis & inimicis patet charitas. Haec est uia rectissima: quoniam uia mandatorum dei recte ad uitam aeternam perducit. Si uis ad uitam ingredi (inquit saluator) serua mandata. At qui deum diligit, iuxta eiusdem saluatoris nostri sententiam, sermones illius seruat. Rectissima ergo uia ad uitam est charitas, & dilectio dei super omnia. Ab hac uia ad dexteram declinat, quisquis prosperis allicientibus & sollicitantibus ab amore dei separatur. Qui autem aduersis premibus & uigentiis a mandatis dei recedit, is ad sinistram a uia regia declinat. Inter illa siquidem, quae a rectitudine deflectunt, prospera dexteram partem, aduersa uero sinistram tenent. Non est ergo declinandum ad dexteram neque

Deut.  
xvii.

psalmus  
cxviii.

Mat.  
ix.

Joan.  
xiiij.

## HOMILIA

ad sinistram: quia neq; p̄spera huius mundi  
neq; aduersa ab amore dei nos separare de-  
bēt. Via regia gradiebat̄ qui dicebat. Quis  
nos separabit a charitate Christi? Tribula-  
tio, an angustia, an fames, an nuditas, an pe-  
riculū, an persecutio, an gladius? Et paucis  
interiectis subdit. Cert⁹ sum enim, quia ne-  
q; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; princi-  
patus, neq; virtutes, neq; instantia, neq; fu-  
tura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; p̄-  
fundū, neq; creatura alia poterit nos sepa-  
rare a charitate dei, quæ est in Christo Iesu  
dño nostro. Via certe regia gradiebat̄, quæ  
neq; p̄spera neq; aduersa poterant a dei cha-  
ritate separare. Hæc est via, ambulate in ea.  
Hanc viam Christus verbo & exemplo nos  
docuit. Sed quia prædestinatorū specialem  
curam gerit, ideo attentius illos cōsiderat,  
& illorum gressus aduertit, vt si illos aberra-  
re contigerit (contingit autem sæpe) ad re-  
ctam viam reuocet. Testis hui⁹ rei est Iob,  
qui de deo loquens ait. Ipse cōsiderauit vi-  
as meas, & cunctos gressus meos dinume-  
rat. Viarum nomine actiões designant̄, de  
quibus per Hieremiã pphetam dicitur. Bo-  
nas facite vias vestras. Per gressus vero, mo-

Rom.  
vii.

Iob.  
xxi.

Hiere.  
vii.

DECIMAOCTAVA. Fo. cxixi  
motus affectionū intelligimus: qm̄ gressus  
sunt quidã motus pedum, cum vnus post al-  
terum mouet. Constat autē q̄ pedum no-  
mine affectus animæ intelligant: quo fit vt  
gressus animæ dicant̄, cum actiões animæ  
sibi inuicē succedunt. Ex amore enim filio-  
rum p̄ceditur ad amorē diuitiarū: inde ad  
amorem delitiarū: inde transitur ad inanis  
gloriæ appetitū: & cætera deinceps. Hæ af-  
fectuū successiones, iuxta meam sententiã,  
merito gressus animæ dici possunt. Cōside-  
rat deus om̄es vias nostras: & cunctos gres-  
sus nostros dinumerat: quia non solū opera  
obseruat, sed minutissimas etiã quasq; cogi-  
tatiões dinumerat: vt de om̄ib⁹ admoneat:  
& si admonentē illum nō audim⁹: de om̄i-  
bus illis rationē a nobis in iudicio requirat.  
Vias Iob cōsiderauit deus attent⁹, vt si for-  
te ille a recta via vel parū deflexisset, deus il-  
lum erudiēs ad rectam viam reuocaret. Et  
hoc est quod nunc Dauidē alloquēs ait. Fir-  
mabo sup te oculos meos: vt videlicet, ego  
cōsiderem gressus tuos: qua via incedas: an  
viam quam te docui teneas, an non. Si te ab  
errare videro, nō te pmittam in errore per-  
seuerare: sed iterum instruam te, in via hac

HOMILIA

qua gradieris: vt ab hostibus circūdatibus te possis hanc vitæ viam liber pertransire. Sed id quod ait: firmabo sup te oculos meos: humano more loquutus est. Non enim deus corporeus est vt membra habeat quæ admodū homo, sicuti de illo monachi quidam imperiti in Aegypto senserūt, qui deū corporeū imaginabatur: & deum humana mēbra habere credebant: propterea q̄ multa corporis mēbra sacra illi tribuit scriptura: vt hic oculos: alibi aures, linguam, manus, pedes, caput, & reliqua corporis membra. Quæ omnia cum illi iuxta solum literæ corricem intelligerent, putarunt deum esse corpus aliquod his omnibus membris ornatum. Qui ita senserūt Antropomorphitæ, ob hanc causam dicti sunt: qm̄ anthropos græce, latine dicitur homo. Absit tamē longissime a fidelium cordibus hæc insana imaginatio, vt deum corporeū credamus: quoniam (vt veritas apud Ioānem ait) Spiritus est deus. Et ipsamet veritas apud Lucam iterū ait. Spiritus carnem & ossa nō habet. Quo fit vt quæ mēbra deo sacra tribuit scriptura, iuxta mysticā illorū significationē sint accipienda, & non iuxta literam: ita vt nos

Joan.  
iii.  
Luce.  
xiiij.

DECIMAOCTAVA. Fo. clxx.

mine illius mēbrī virtus illa intelligatur in deo, quæ principaliter in illo membro vigere solet. Vt gratia exempli. Cum audis caput, intellige in fluxum talem dei in omnes homines & angelos vt sine illo cōsistere nequeant: qm̄ caput in reliqua corporis membra influat. Cum audis manū & brachia: virtutem illius operatiuā intellige, quæ omnia hæc visibilia operatus est. Nam manibus solemus opari: & ideo ppheta illum alloquens, ait. Manus tuæ fecerūt me. Aurium nomine virtus dei auditiva significat: qm̄ nihil tam concluso murmure, aut secreto susurratio dicitur quod a deo nō audiat. Propter quod sapiens ait. Auris cœli audit omnia, & tu multus murmurationum non abscedetur. Lingua nomine, sui secreti manifestatio designat. Nam ad hoc data est nobis lingua, vt per illā, nostros aliis manifestem cogitatus, quos illi videre nō possunt. Tunc ergo deus nobis loqui dicit, cum suā nobis manifestat volūtate, aut alia secreta reuelat. Ad eūdem modū reliqua omnia corporis mēbra quæ deo sacra tribuit scriptura sunt interpretanda. Cū ergo oculos dei audim, nō mēbra aliqua cogitare debemus, sed illius acu-

psalms  
cxvij.

Sap. i.

HOMILIA

tiſſimã intelligentiã quã om̃ia ſic nouit, vt nihil ſit tam reconditũ qđ illũ latere poſſit.

**Hebrz**  
**iiij.** Propter quod Paulus de illo ait. In conſpectu ei⁹ nulla creatura inuiſibilis eſt: ſed om̃ia nuda & aperta ſunt oculis ei⁹. Et in Ec

**Ecll.**  
**xxvij.** cleſiaſtico. Oculi dñi multo plus lucidiores ſuper ſolem circũſpicientes omnes vias hominũ. Oculi ergo dñi ſunt, acutiſſima illius

intelligẽtia qua om̃ia cognoscit. Verũ quia quos gratos habemus & diligimus, illos libenter reſpicimus. Hinc eſt qđ oculi dñi, aliquid quando pro illius erga nos miſeratione accipi ſolent. Vnde in alio quodã pſalmo propheta ait. Oculi dñi ſuper metuentes eum,

**pſalm⁹**  
**xxxij.** & in eis qui ſperant ſuper miſericordia ei⁹. Oculos ſuos ſup hos intendere dñs dicitur: qm̃ hoſ ſpeciali quodam affectu diligit, et illorũ miſeretur. Nam idẽ eſt quod alibi dicit. Quo

**pſalm⁹**  
**cxlvj.** niã beneplacitũ eſt dño ſuper timẽtes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia ei⁹. Quia enim beneplaciti ſunt dño, ideo oculos ſuã miſerationis deus in illos intendit. Et de miſericordia om̃ibus hominib⁹ ex h

**pſalm⁹**  
**xxxij.** bita loquens. ait. De cœlo reſpexit dñs, vidit omnes filios hominũ. Omnes vidit qm̃ omniũ miſertus eſt. Qualiter autẽ miſertus

DECIMOCTAVA. Fo. clxxi.

ſit, ſubiũgẽs expreſſit. De preparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper om̃es qui habitãt terrã. Habitaculũ diuinitatis eſt humanitas

Chriſti: qm̃ in illa complacuit omnẽ plenitudinẽ diuinitatis inhabitare. Hoc autẽ habitaculũ preparatũ fuit in ventre virginis, quãdo virtute ſpiritus ſancti tale fuit factũ quale tam immẽſã maiẽſtati cõueniebat: vti

delicet ſanctum ſine peccato & mirabile in æquitate. De hoc p̃parato habitaculo ſuo reſpexit ſuper om̃es qui habitant terrã: qm̃ pro om̃ibus nobis mortuus eſt. Tunc enim omnes reſpexit quia tunc omnib⁹ ſuam exhibuit miſericordiã. Et vt omnes de iſto p̃parato habitaculo reſpicere poſſet, fenẽſtras in eodẽ habitaculo fieri voluit: quando corpus ſuum p̃cutientib⁹ tradidit, in quo quin

qđ foramina facta ſunt. Per has enim fenẽſtras omne genus hominũ reſpexit: qm̃ moriens omniũ hominũ miſertus eſt. Per fenẽſtras inferiores reſpexit illos qui in inferno erant, quos iuxta Zachariã vaticiniũ in

ſanguine teſtamenti ſui eduxit vinẽtos qui erant in lacu. Per fenẽſtras duas ſuperiores, hoc eſt p̃ vulnera manuũ reſpexit illos qui erant ſuper faciẽ terrã. Per fenẽſtrã aliam



Colof. i.

Zach. ii.

HOMILIA

quæ scilicet erat in latere respexit eos qui uenturi erant usque ad finem mundi. Nam hi soli deo sunt noti sub secreto seruati. At, quæ secreta sunt, in corde residere dicunt. Illum sic respicietem considerabat sponsa cum dicebat. En ipse stat post parietem, respiciens per fenestras. Sunt tamen, heu, nimium multi qui misericordia sibi a deo exhibita utinolunt. Nam deo respicieti nos de preparato habitaculo suo, parietem peccatorum suorum obiciunt quo minus ab illo possint misericordiam oculis uideri. Fit itaque ut cum deus, illorum misereri cupiat, illi dei misericordiam reiciant. Hinc est quod in magnifico illo Salomonis templo quod (Christo ipso attestante) figura est corporis illius, fenestrae obliquae factae esse prohibentur: id est latiores ab interiori parte templi quam ab exteriori: quia Christus passione sua multo pluribus prospexit, quam sint illi qui passionis suae meritis proficere uoluerunt. Ille enim pro omnibus illis mortuus est, qui deo patri suo seruire uoluerint, & se illius passione iuuare. Et si omnes uiam uirtutum coepissent, omnibus Christi passio proficisset: quia de preparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. At pauci sunt qui per uiam

Canti.  
ij.

Joan.  
ij.

iii. Re.  
gii. vj.

DECIMAOCTAVA. Fo. clxxii.  
mandatorum dei uolunt incedere: pauci qui per angustam portam uelint intrare. Ab interiori ergo parte templi latiores sunt fenestrae quam ab exteriori: quia latissima fuit misericordia Christi uoluntas: pauci tamen sunt qui hanc misericordiam suscipiunt: quoniam suis peccatis uelut pariete quodam interposito obstant ne a deo uideantur. Nam iuxta hunc uidentis modum sicut iustos uidet, ita peccatores non respicit. Quod in duobus illis primis fratribus Abel & Cain aperte perspicere possumus. Abel siquidem qui iustus erat & deo gratum respexit: Cain uero peccatorem & deo ingratum ille non respexit. Illius munera beneuolenti animo & hilari uultu suscepit deus: huius autem munera dedignatus est. Ob hanc causam in alio quodam psalmo Dauid precatur dominum, dicens. Aspice in me & misere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuum. Iudicium quod fiet diligentibus nomen domini, est quod uocabitur ad percipiendum regnum quod illis paratum erat ab origine mundi. Iuxta hunc modum sibi misericordiam Dauid precari petit. Et quia haec misericordia a dei benigno aspectu procedit, ideo promissit. Aspice in me. Nam quos ille benignis aspicit oculis, etiam si in peccatis mortui fuerint

Gene.  
iiij.

psalm.  
cxvij.

## HOMILIA

runt viuere faciet, basiliscus quia venenum  
ex oculis mittit, quos aspicit inrerficat. Cō  
tra deus, quia viuificat ex suis oculis pdeunt  
radit, a morte ad vitam, quos aspicit reuo  
cat. Mortuus erat Petrus cum magistrū &  
redemptorē suum deierās negauit: sed hūc  
domin⁹ respiciens reuocauit ad vitam: quo  
niā cum dñs Petrū respexit, ille statim pecc  
catū agnoscens, egressus est foras & fleuit  
amare. Vnde Salomon ait. Rex qui sedet in  
folio iudicii dissipat omne malū intuitu suo.  
Quia cum deus nos gratia sua respicere di  
gnat, omnia in nobis dissipat peccata. Post  
q̄ autem iam est a morte ad vitam reuoca  
tus, & viam virtutis est ingressus, si deus il  
lum intētis aspicit oculis, suam illi gratiam  
semper cōferens, nunq̄ ille a via veritatis re  
cedet: qm̄ deus suo gratifico aspectu illum  
in bono firmat, vt ampli⁹ læthaliter peccā  
re non sinat: propter quod in alio quodam  
psalmo Dauid ait. Iustus cum ceciderit nō  
collidetur: quia dñs supponit manū suam.  
Peccare quidem finit ad veniam, sed non  
ad mortē, & ideo cum cadit non colliditur.  
Ne autē quisq̄ huius rei gloriā sibi arroget,  
causam ppter quam nō collidet subjungit.

Luce.  
xviij.

pner.  
xx.

psalm⁹  
xxxvi.

DECIMA OCTAVA. Fo. clxxiij.  
Quia dominus (inquit) supponit manū suā.  
Et hoc est quod nunc in presentī versicu  
lo Dauidi promittit inquires. Firmabo su  
per te oculos meos. Errauerat Dauid sicut  
ouis quæ perit, sicut ipse de se testatur: sed  
dominus illius misertus illum reuocauit ad  
rectam virtutis viā. Docuit illum quā mala  
via graderet. Docuit (inquā) per prophetā  
suum Natham, docuit ipsemet inspiratio  
ne: docuit illum disciplina & flagellis, quæ  
illi dei nomine minatus est. Et tūc adeo fuit  
edoctus, vt ipsemet sententiā aduersus se  
dixerit, se dignum morte, & viam mortis  
fuisse ingressum. Et hæc præcipua causa  
fuit, quæ illum præteritā viam deserere co  
egit. Cogitauit (inquit ille) vias meas, & con  
uertit pedes meos in testimonia tua. Inde  
conuersus: quia viarū suarū malitiam plene  
cognouit. A via itaq; peccatorū diuertens,  
& viam mandatorum dei ingressus ne hanc  
iterum deserat, deus promittit se illi oculis  
suis cōsulturū, sic inquires. Firmabo super  
te oculos meos. Non dixit aspiciam te: aut  
iniiciam in te oculos meos, sed dixit. Firma  
bo super te oculos meos: vt specialem & di  
ligentē illius curā se habiturū promitteret.

psal.  
cxviiij.

ii. Reg.  
xij.

psal.  
cxviiij.

HOMILIA

Job.  
xliij.

Nam quem deus sic aspicit, a recta virtutis via declinare non sinit. Vnde Iob ait. Ipse enim fines mundi intuetur: & omnia quae sub caelo sunt respicit: qui fecit ventis pondus. Vetus scimus tam mobiles esse ut vix stare possint, sed huc atque illuc sine cessatōe moventur: quod inde venire est manifestum, quod leuissimae sunt naturae: quoniam quae grauiora sunt non tam facile moventur. Ventori ergo nomine, incōstantia mentis merito significatur. Sunt aliqui tam incōstantis ingenii, ut vix ad horam in eodem proposito persistere sciant: fugiunt enim sicut umbra & nunquam in eodem statu permanēt: modo amant: statim odiunt: quae nunc oderūt ad momentum diligunt. Nunclati, mox tristes: qui nunc moesti, breuissimo temporis spacio in laetitia resoluitur. Viri quidem non (ut in proverbio dicitur) multarum horarum: sed ne plurimum mentorum. Hi certe quasi veti mobiles sunt. Qui autem constantes sunt & a bono proposito non facile recedunt hi graues dicuntur: quoniam quod graue est non facile vagatur. Ventis ergo pondus facit deus, cum alicui graue cordis consiliū tribuit per quod omnem incōstantiam expellat: & in bono proposito

DECIMAOCTAVA. Fo. clxxiiii.

semel cepto persistat. Sed quia haec mentis constantia habetur per respectum gratiae diuinae: ideo antequam diceret deum tribuere pondus ventis, praemisit illum fines mundi intueri: & omnia quae sub caelo sunt respicere. Quo verborum ordine indicauit Iob, quod cum leues motus animi misericorditer deus dignatur aspiciere, tunc statim ad constantiae grauitatem illos componit. Si quod ergo bonum in nobis est, omne illud a diuino aspectu oritur. Nam suo aspectu, peccatorem ad malae suae vitae poenitentiam conuertit. Qui respicit terram (ait de illo propheta) & facit eam tremere. <sup>Psal.</sup> suo aspectu hominem in bono firmat. <sup>cij.</sup> suo aspectu hominem a daemōnis potestate liberat. Respexit enim dominus super filios Israel & liberauit eos. <sup>Exo. ij.</sup> suo aspectu nos facit beatos, cum tantam nobis exhibet misericordiam, ut seipsum nobis aperte & clare absque ulla cognitiois obscuritate ostendere dignetur. Postquam in fornace tribulationis quasi <sup>Sap.</sup> aurum probauit iustos: & quasi holocausti <sup>ij.</sup> hostiam accepit eos, in tempore mox futuro erit respectus illorum. Haec omnia in figura filiis Israel olim in verborum contextu

HOMILIA.

dominus insinuauit. Nā de terra promissio-  
nis dominus per Moysen ad filios Israel lo-  
quens, hæc ait. Terra ad quam ingredieris  
possidēdam: non est sicut terra Aegypti de  
qua existi, vbi iacto semine, in hortorū mo-  
re aquæ ducuntur irriguæ: sed montosa est  
atq; cāpestris, de cælo expectans pluuiam,  
quam dominus deustus semper inuisit, &  
oculi eius in ea sunt a principio anni vsq; ad  
finē eius. Terra pmissionis quæ iusto in hac  
vita possidēda pmittitur (omitto alterius  
vitæ pmissiones quæ multo maiores sunt)  
anima sua est. Nā de hac dicitur. Beati mi-  
res quoniā ipsi possidebūt terrā. Quæ ver-  
ba alibi ipsa veritas exposuit, dicens. In pa-  
tientia vestra possidebitis animas vestras.  
Hæc autē possessio quāti æstimanda sit, ipse  
saluator noster & magister nos docuit, di-  
cens. Quid prodest homini si vnūersum  
mūdum lucret anima vero suæ detrimen-  
tum patiatur? Ab hac terra peregrinantur  
oīnes qui carnis illecebras sectantur & æter-  
næ patriæ felicitatem nōdum intelligunt.  
Hi enim nō in anima sua sed in carne habi-  
tant. Et de his apostolus loquitur cum ait.  
Qui in carne sua sunt, deo placere non pos-

Deut.  
vi.

Matt.  
v.

Luce.  
xi.

Matt.  
xix.

Rom.  
vii.

DECIMAOCTAVA. Fo. clxxv.  
sunt. Contra vero de iustis dicitur. Vos nō  
in carne estis, sed in spiritu. Nam qui carnis  
delicias fugiunt, & ab illis omnino se sub-  
trahunt, in anima sua habitāt, illam diligen-  
ter explorant & quotidie mūdant, vt illam  
dignam deo mansionem præparent. Terra  
ergo ad quam nos deus possidēdam intro-  
ducit, nō est sicut terra Aegypti. Carnis ha-  
bitatio per terram Aegypti figuratur: sicut  
habitatio animæ per terrā pmissionis. In  
terra Aegypti iacto semine in hortorū mo-  
re aquæ ducuntur irriguæ. Sic etiā qui in car-  
ne seminant corruptionem, sub Pharaonis,  
hoc est, diaboli imperio vitā degentes: terre-  
na tantum gaudia noscūt: nec nisi de terre-  
na voluptate cōsolationem accipiūt: nunq̄  
cœlesti pluuiā recreantur, & ideo non nisi  
terrenos fructus, id est, corruptionē (iuxta Gal. vi  
apostoli sentētiam) metūt. Terra promissio-  
nis, non est sicut terra Aegypti: quoniā illa  
de cælo expectat pluuiam: iustus enim qui  
carnis illecebras spernit, qui amūdi volupta-  
tibus recedit nullam ex hoc mundo quarit  
cōsolationem: sed cum propheta Dauide  
canit. Renuit consolari anima mea: memor  
sui dei & delectatus sum. Non habet cōso-  
lari.

HOMILIA.

lationē in multis diuitiis: quoniā scit quod  
 cū ex hoc mūdo exierit nihil secū auferet.  
 Nō in delitiis carnis: quoniā & si prima illa-  
 rum facies dulcis appareat, scit quod in fine  
 mordent vt coluber, & tanquā regulus ve-  
 nena diffundent. Non cōsolatur in gaudiis  
 huius mundi: quoniā gaudium hipocrytæ,  
 idest mūdi, ad instar puncti. Extrema enim  
 gaudiū luctus occupat. Non cōsolatur in ho-  
 noribus: quoniā periculosos illos cenfet: &  
 ab illis cadere formīdat: quia quo maior est  
 eorum altitudo, eo periculosior est casus.  
 Non cōsolatur in filiorum multitudine:  
 quia quo plures habet filios, eo maiores &  
 plures pro illis nutriendis curas sustinere  
 oportet. Nullā deniq; in rebus huius mūdi  
 cōsolationem recipit, ideo ait. Renuit cō-  
 solari anima mea. Non est enim hęc terra,  
 anima videlicet iusti, sicut terra Aegypti,  
 quæ a terra suam suscipit aquam qua irriga-  
 tur: sed de cœlo expectat pluuiam: quia om-  
 nem suam cōsolationem expectat a deo.  
 Ideo Dauid postquā omnem huius mundi  
 cōsolationem reiecit, subdidit. Memor sui  
 dei & delectatus sum. In nullo alio quam  
 in deo cōsolationem recipit: de sola spī

Job. xx

DECIMAOCTAVA. Fo. clxxvi.  
 rituali dei uisitacione latatur. Sola gloria  
 sua est testimonium conscientie sue. Hęc  
 terra montosa est: quia anima iusti aliquan-  
 do ad alta ascendit per dei contemplatio-  
 nem, aliquando ad profunda descendit. Ali-  
 quando in altum se tollit pro desiderio cœ-  
 lestis patrie suspirans: aliquando ad ima  
 se deicit ex recordatione suorum pecca-  
 torum plorans. Et sic ascensiones dispo-  
 nit in corde suo in valle lachrymarum: vt  
 aliquando a creaturis ad deum ascendat:  
 aliquando a deo ad proximorum curam  
 descendat. Terra ergo montosa est ani-  
 ma iusti, in qua cum altitudine meritorum  
 connectitur vallis humilitatis. Terra, in-  
 quam, montosa, non plana sicut terra Aeg-  
 ypti. Vnde autem illa terra habeat hanc  
 cōsolationis affluentiam, aperte declara-  
 tur, per id quod subditur. Quam dominus  
 deus tuus semper inuisit: & oculi eius in ea  
 sunt a principio anni vsq; ad finē eius. Dñs  
 deus hanc terram, hoc est animā iusti, sem-  
 per inuisit: vt cū sancto Iob iustus, quisq; di-  
 cere valeat. Visitatio tua custodiuit spiritū  
 meum. Oculi eius in ea sunt, vt suo aspectu  
 illi prosit: quē admodum nunc ipse deus Da-

Psal.  
 lxxvij.

Job. x.

### HOMILIA.

uidi ait. Firmabo super te oculos meos. Sed quia tanta est iusto ab oculis dei utilitas, ideo nunquam deus oculos suos auertit ab illo, cui semper consulere decreuit. Et ob hanc causam dicit, quod oculi dei in illa terra sunt a principio anni usque ad finem eius: quia a principio sanctae conuersionis, qua iustus ab Aegypto peccati exit, usque ad suae vitae finem, semper iustus diuina gratia iuuatur: ut qui coepit edificare, usque ad consummationem opus suum perducatur, & cum apostolo dicere merito possit. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit. Cum ergo tantum nobis ex diuino aspectu proueniat emolumentum, ut oculi eius veluti perennes quidam fontes sint e quibus omne datum optimum, & omne donum perfectum iugiter scaturit, precemur deum ut super nos oculos suos firmet: ut non leuiter sed intentis in nos oculis dignetur aspicere. Oremus illum ut aspiciat nos, ut miseratur nostri. Aspiciat inquam, non secundum iudicium eorum qui erunt ad sinistram illius, eo quod terribile & sanctum nomen illius contempserunt: sed secundum iudicium quod fiet diligentibus nomen illius. Nam si ille benignis oculis dignatus

h. 202.  
liij.

### DECIMANONA. Fo. clxviii.

nos fuerit aspicere: & si in peccatis fuerimus obdurati, statim haud dubie omnium nostrum corda emollientur. Si a via madorum dei errauerimus, illico ad rectam viam reducemur: ut illo ducente & comitante vera possimus assequi beatitudinem per merita Iesu Christi domini nostri qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA DECIMANONA.

Nolite fieri sicut equus & mulus,  
quibus non est intellectus.



Docet cui multos docere incumbit sic cuiuslibet illorum specialem curam gerere debet, ut quoties unquamlibet illorum docet aut monet, aut corrigat, in eo ipso omnibus prospiciat & in illo omnes docere velit. Nam quod unum illorum dicit, sic dicere illum oportet, ut omnes ad se dictum putent. Sed quia aliqui tam rudes sunt, ut ex his quae aliis dicuntur nunquam proficiant,

HOMILIA.

propterea quæ aliis dicuntur, non intelligunt ad se pertinere, nisi fuerint sibiipsis dicta: ideo qui omnibus consilere optat, postquam unum aliquem est allocutus, & illum ab eodem instruit, ad omnes se vertere consuevit, ut per ea quæ ad unum dicta fuerant omnes commone faciat. Nam operosum nimis esset, & aliquando fere impossibile omnes sigillatim docere. Sic etiam deus qui supremus est omnium doctor, omnem habens scientiam, omnia prospiciens, cum unum docet, omnes eiusdem conditionis homines doceri vult, & cum aliquem peccatorem redarguit, omnes alios qui similibus peccatis sunt obvoluti vult esse reprehensos: & si aliquem propter admissum scelus punit: illius periculo alios ad cautelam inuenit. Christus enim qui dei est sapientia monuit discipulos suos, ut in diem mortis & iudicii essent parati, ne forte dominus repente veniens inueniret illos dormientes, & indignos qui in celestes & æternas transferretur mansiones. Verum ne quis hæc ad solos apostolos dicta opinaretur, subdidit. Quod autem vobis dico, omnibus dico: vigilate. Ad hunc modum in presentiarum factum esse censeo. Nam proxime superiori versu deus Davidem alloquens dixerat. Intellectum tibi da

Adatt.  
xiiij.

DECIMANONA. Fo. clxxviii.

bo & instrua te in via hac qua gradieris. In quibus verbis (ut diximus) docuit illum deus intellectum esse summe necessarium, ut diaboli veritas euadere possim, & tandem æternam assequi beatitudinem. Nunc vero ne quis forte hæc ad solum Davidem, non etiam ad se & omnes alios dicta credens, per illam minime erudiretur, ad omnes se vertit, illos omnes adhortans, & ait. Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Quibus verbis Gnosticonum & Machichæorum, imprimis, insana sententia prosternebat. Hi enim (ut Philaster in suo libello de hæresibus illustravit) docuerunt omnia bruta animalia quæ ut hominem intelligere & discernere, & reliquis omnibus rationis partibus esse perdita. Hanc tamen sententiam prophetæ testimonium aperitissime datam, cum dei nomine loquens ait. Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Si equo & mulo non est intellectus, consequens est ut non omnia bruta intelligant. Et propter hæc solam causam qui ratione minime regunt, quales heu nimium multi sunt, bestiis similes esse sacra clamat scriptura: quoniam hoc solo bestiis omnes superantur, quod intellectu perditum sumus quo illi caret. Homo enim quia cum in honore esset non intellexit, comparatus est

HOMILIA.

Rom. j  
 sumētis insipiētib⁹: & similis fact⁹ est illis. Ob  
 hāc eandē causam Paulus loquēs de peccato  
 ribus quorū cor insipiens obscuratū est. ait.  
 Mutauerūt gloriā incorruptibilis dei. in si  
 militudinē imaginis corruptibilis hominis.  
 & volucrum. quadrupedū. & serpentū. Et  
 merito peccatores omnes. praesertim qui  
 carnis suae seruiunt. bestiis cōparantur: quo  
 niā illae post cōcupiscētiās suas. effrenate &  
 impotētes currūt: eo q̄ ratione carent qua  
 se ipsas cohibere possint. Et hoīes voluptuo  
 si. suae carnis motus cohibere nesciunt: sed  
 illā quoētiq; cōcupiscētia tulerit omnī repa  
 gulo sublato. effrenē currere sinūt. Nec so  
 lū bestiis pares sunt peccatores: sed plerūq;  
 adeo a ratione discedūt. vt multo sint ipsis  
 bestiis inferiores. Nā multo maiori diligen  
 tia delitias perquirūt tenacius illis adhērēt.  
 difficilius ab illis separantur. quā bestiae: mi  
 nus quae sibi sunt vitiosa aut noxia agnoscūt.  
 quā illae: minus quae sibi sunt pficua curāt.  
 minus a noxiis abstinēt. Singula haec suo or  
 dine percurram⁹: & quores sit apertior. va  
 rias corporis delectationes per varia illarū  
 genera partiamur. Praecipuae corporis de  
 lectationes (vt de aliis interim taceā) quaedā

DECIMANONA. Fo. clxxix

a gustu. quaedam a tactu generantur. In his  
 enim cohibēdis praecipue versatur tēperan  
 tia. Quae a gustu oriūtur. singulo cuiq; ho  
 mini quodāmodo necessariae sunt. propte  
 rea q̄ sine cibo & potu nullus homo diu cō  
 sistere potest. At. quae a tactu oriūtur. & ve  
 nereae dicūtur. naturales quidē sed non ne  
 cessariae cōsentur: quā & si ad illas natura so  
 licitet bene tamen absq; illis singulus quisq;  
 vsq; ad finē vitae quālibet etiā loq; perseue  
 rare valet. In cohibitiōe autē harū omnīū  
 delectationū. & tēperato illarū vsu. bestiae  
 multis calculis homines antecellūt. Si enim  
 de cibo & potu agamus. constat bestias oēs  
 semper ad necessitatē solū & nō ad volupta  
 tem cibū & potū sumere. Non enim nisi fa  
 me urgente edunt: nec citra sitim bibūt. Si  
 fames omnis absit. quālibet suauī pabulo  
 illis ostēso. nunq; ad vescendum allicientur.  
 Si nullas itis ad sit. nunq; coges illas ad potū  
 tantum abest vt lubētes bibāt. Adde quod  
 vnūquodq; animalīū. vno tātū cōtentū est  
 cibo: & vnicuiq; eorū cib⁹ vnus natura cō  
 uenit. his quidē herba: illis autē radix vel fru  
 ctus: aliis autē bestiis. caro. Verū haec ad alias  
 relatae paucissimae sunt: & ob hoc ab aliis

distinctæ sunt, & turpi appellatiōe notatæ,  
 vt carniuoræ dicant. Homo autē quia ma-  
 gis voluptate quā necessitate ducit, nō vn-  
 vnq̄ contētus fuit cibo. Nam si ad humanū  
 generis prima incunabula, intellectū reuo-  
 ces: agnosces nō fuisse hominī satis, omne  
 aliud parady si lignū: sed de ligno sciētia bo-  
 ni & mali qđ solum illi vetitū fuerat) suo &  
 omniū nostrū malo edere voluit, qđ & fe-  
 cit. Et inde in oēs malū hoc deriuatū est: vt  
 vix hominī alieni sit satis vnus cib⁹: sed ferat  
 ad omnia, omnia experiat: omnia gustet, &  
 solus ex oib⁹ animātib⁹ omniū vorator fit  
 factus. Nā vt suis variis & inordinatis appe-  
 titibus homo satisfaciat, plurimū animalium  
 singulationib⁹ vtit. Nō enim (vt feræ) a plu-  
 ribus abstinet: aut paucis ppter solā victus  
 necessitatē bellū infert: sed ppe in omne fera-  
 rū genus sauit: qm̄ neq̄ volatile, neq̄ aqua-  
 tile, neq̄ terrestre mēsas hominū iam fugere  
 potest. Quid de famis irritamētis cōmemo-  
 rem? Nā ciborū cōdimētis vtūtur, vt illis fa-  
 mem irritare possint. Hæc autem adeo sunt  
 multa, vt nimis operosum sit eorū omniū  
 cathalogum texere. De hac re sunt artifi-  
 ces multi & periti in hac arte, hoīes qui va-

Gene.  
 iii.

DECIMANONA. Fo. clxxvi.  
 rios quotidie excogitat ciborū ornatu: vt  
 hominis gulā & voracitatē augere valeant.  
 Et qui peritiores in hac arte sunt in precio  
 apud hoīes habētur: & magna ab illis merce  
 de cōducūtur. Vt autē ars hæc q̄ malorū chī-  
 liadē docet nō pereat, & qui nesciūt discere  
 possint, libri non parui nec pauci a variis de  
 hac re editi sunt. At bestia nulla arte sibi ci-  
 bos parāt, sed illis solis vescitur quos illis pa-  
 rauit natura: nulla pquirūt cōdimēta quib⁹  
 ad ciborū appetitū allici possint, sed sola fa-  
 me cibū sumūt: qm̄ nō ad voluptatē (vt sa-  
 pe hoīes faciūt) sed ad solā necessitatē come-  
 dūt. Vnde aptissime cōstat bestias multo tē-  
 peratiores esse quā hoīes. Deinde morborū  
 varia genera qb⁹ hoīes afficiunt hominis vo-  
 racitatē indicāt & arguūt. Nā inde multis  
 & diuturnis implicātur morbis: quia plusq̄ de-  
 cet repleti corpora sua spiritib⁹ variis, & per-  
 niciofis v̄rositatib⁹ infāt. Plura enī morbo-  
 rū genera in solo hoīe repiesq̄ in oib⁹ fere  
 animātib⁹: qm̄ oib⁹ illis voracior est. Et pro-  
 pter hæc ipsam voracitatē (vt arbitror) de-  
 hominī ciborū plurimū cognitionē abstulit:  
 vt vel sic a plurib⁹ cibis quorū vim & virtutē  
 ignorabat, reuocaret. Quis enim nisi vora-

LIBRO 1. HOMILIA. 108

cissim<sup>9</sup> aut gula deditissim<sup>9</sup>, citra vrgētissī  
 māsamē cibos edere auderet, quos sciat nō  
 dū esse pbatos! Multi tamē sunt hoīes qui  
 etiā cum cibos nō agnoscat, sola dulcedine  
 capti, ne dicā allecti, illos edere nō reformi-  
 dāt. Vnde saepissime euenit, vt nocētissima  
 quæq; pro salutarib<sup>9</sup> comedētes mortē sibi  
 ipsis ppinent. Et quomagis sit miserāda vel  
 potius detestanda hominū ingluuies, cibos  
 quos etiā sibi nocitur os certissime credunt,  
 edere nō verētur. Quis tamē hoc de bestiis  
 aut legit, aut audiuit vnq;? Nō enim tā igno-  
 rantes illas fecit natura: vt quæ illis sunt no-  
 xia nō agnoscat: neq; illæ tam effrenatos ha-  
 bēt appetit<sup>9</sup>, vt quæ sibi sunt incōmoda nō  
 deuitēt. Habēt enim mirā quādam & insitā  
 (natura illas docēte) earū rerū cognitionē,  
 quæ ad victū robur, venationē, custodiāq;  
 spectāt. Sciūt enim optime cibos qui illis cō-  
 ueniāt, quo tēpore pdesse possint, quo etiā  
 obesse. Cū autē quæ sibi sunt noxiā sentiūt,  
 ab illis cōtinēntissime abstinēt: adeo vt etiā si  
 verberib<sup>9</sup> & cruciatibus vrgēas nūq; vt no-  
 xiis vescātur cogere possis. Si vero incaute  
 noxiū aliqđ comederint, vnaquæq; ferarū  
 sibi ipsi medendi perita est. Nam testudines

DECIMANONA. Fo. clxxxl.

postq̄ viperam comederunt, origano velut  
 antidoto pasci nouerūt. Creticas capras sa-  
 gitta pcellas dictamū pquirere fert, vt illo  
 gustato spicula statim e corporib<sup>9</sup> excidat.  
 Canes etiā herbas agnoscut, quib<sup>9</sup> gusta-  
 tis statim siquid noxium comederūt, euo-  
 munt: aliāq; id genus sunt multa. Homo au-  
 tem, etiam cum egrotauerit sibi mederi ne-  
 scit: nisi arte per longam experientia qua si-  
 ra iuuetur. Cum itaq; luce clarius sit manife-  
 stum homines esse bestiis inferiores in cohī-  
 bendo frenādoq; appetitu earū delectatio-  
 num quæ a gustu oriūtur: superest vt etiam  
 hoc ipsum ostēdam<sup>9</sup> euenire in illis delecta-  
 tionibus quæ per tactū eueniunt, quæ vene-  
 reæ dicunt. Sed vt ostendamus non longa  
 opus est oratione, cū tam innumera & tam  
 frequētia sint effrenata & luxuriosa libidi-  
 nis testimonia, quibus se feris inferiores es-  
 se multi homines ostendunt, vt me pudeat  
 enarrare, quod illos nō pudet facere. Nam  
 bruta fere omnia præfixū aliquod anni tem-  
 pus habent ad coeūdum, quo adueniēte il-  
 lorū libido excitat: illo vero transacto sta-  
 tim venus extinguitur. Si illorum foemina  
 cōceperit, neq; illa sequitur marē vt ad coe-

HOMILIA

tum pelliceat, neq; mas illam sollicitat. Vnde de coicere licet ad solam generationē illorum venerem excitari. At homines qui nō solam generandi necessitatem, sed ad voluptatem libidines appetunt, nullum certum anni tempus ad coeūdum habent: sed omni tēpore, omni mense, omni die, omni hora coire appetunt. Fœmina post conceptionē magis est coitus appetens q̄ ante: vir illam non minus q̄ ante sollicitat. Si defœlia aut fere emortua fuerit illorū venus, mirū quantis illam medicamētis iuuare conātur: vt etiā repugnāte natura veneri indulgere possint. Prætereo hic varios libidinis stimulos, variāq; libidinis incitāmēta quibus se inuicē viri & fœminæ ad libidinem cōcitant & decipiunt. Nam fœminæ ornatae & compositæ velut similitudo templi, mille in illis fucorū species quib⁹ pulchritudinē quā illis natura negauit mētiri possint. Sed neq; fœminæ solū petulāti & luxurioso vestimētōrū ornatu vtunt: sed viri etiā sunt iam hac peste adeo corrupti, vt multi illorū maiorem diligentia circa vestimentorū ornatū adhibeāt, q̄ fœminæ quamlibet curiosæ & delicatæ. Quæ omnia non alio tendunt, q̄ vt

DECIMANONA. Fo. clxxxvii.

inuicē placeant, & se mutuo ad libidinē cōcitent. Nihil autem tale in brutis reperies. Neq; enim fœminæ se ornāt: aut fucub⁹ se alias esse mentiūtur: aut libidini deceptiōes & incitāmēta prætedunt: neq; mares veneris cōcitati stimulis, mercede aut precibus coitum mercātur: neq; variis pigmentorū odoribus se yngūt vt se inuicē ad libidinem extimulent, sed ppriis odoribus se inuicē alliciunt, & virētem herbam nīridumq; rosē ac prata redolentes cōmuni beneuolentiā absq; vlla mercedis spe ad generatiōis opus concitant. Verum tolerabilia hæc omnia essent quæ de hominū effrenata libidine diximus, si intra naturæ limītes illorū libido se contineret: sed eoufq; progressa est, vt iura naturæ violare non erubescat. Nam fœminæ eorum immutauerūt naturalē vsū, in eum vsū qui est cōtra naturā. Similiter & masculi relicto vsu naturali fœminæ, exarsērunt in desiderijs suis, inuicem masculi in masculos tupitudinem operātes: & mercedem quam oportuit erroris sui, in semetipsis recipientes. Pudet dicere horrendas alias cum diuersis animalibus cōmixtiōes. Nam cū ouibus & canib⁹ & equabus & alijs

Rom.  
i.

## HOMILIA

hominibus feris, pro nefas, viri se multi miscuerunt: & mulieres ferarum maribus succubuerunt. Intemperata itaque hominum libidinem natura non potest intra suos limites cohibere, quis legem habeat adiutricem quae naturam violatibus atrocissime minatur. At bestiarum nunquam adeo insanierunt, ut naturae limites fuerint transgressae. Quoniam neque mas in marem: neque foemina in foeminam deperit: neque varii generis ferae alia unquam in aliam commutatae sunt. Fateamur igitur oportet plerisque homines multo intemperatiores esse quam bestias: cum illae nunquam iura naturae propter libidinem violarent, quae constat sapissime ab hominibus cum graui naturae contumelia fuisse violata. Merito ergo bestiis inferiores esse conuincuntur: nam huiusmodi homines suae carnis appetitum rationis freno cohibere nesciunt, quemadmodum nec bestiae suos. Et qui sic sunt, beati esse non possunt: quoniam rectam beatitudinis viam non ingrediuntur: aut si illam sunt semel ingressi, statim carnis illecebris abstracti & illecti, aut daemone impellente a rectitudine deflectunt. Et ob hanc causam deus Dauidi supra promiserat se intellectum illi daturum, ut viam per quam securus vitam posset

DECIMANONA. Fo. clxxxiii. assequi aeternam agnosceret. Quibus verbis (ut supra annotauimus) docuit intellectum esse summe necessarium, ut quis rectam beatitudinis viam tenere, & ab hostibus qui illum circumdant defendi sciat. Nunc igitur omnes nos deus monet, ut si ab hostibus eripi, & beatitudinem assequi concupiscimus, nolumus fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Duorum solum animalium equi videlicet & muli memoria fecit, propterea quod horum altero omne peccatorum genus simile esse deprehenditur. Omne enim quod est in mundo (ut beatus Iohannes ait) concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae. Ex his tribus peccatorum generibus duo, videlicet concupiscentia carnis & superbia vitae, equi nomine significantur: tertium vero innuitur per mulum. Equus siquidem natura superbus est atque lasciuus. Superbia illius inde dignoscitur, quod ducem sui armamenti non sustinet, quemadmodum boues & oves. Hoc autem manifestum est superbiae testimonium, nolle alicui subesse: nolle ab alio regi. Tales sunt heu nimium multi, qui nulli subesse volunt: ab alio doceri non sustinent: ab alio regi non patiuntur: & ideo merito equis sunt comparandi.

HOMILIA

Sed alterum est equinae superbiae apertum indicium: illius scilicet manifesta iactantia: nam cum se preciose ornatum sentit, gloriolam inde captare cupiens, hinc inde se iactat & ordinatis gressibus incedere dedignatur: unde euenit ut pedibus suis incautus offendens sessorem suum inopinata ruina interimat. Tales sunt huius saeculi dignitates quae superbos hic exultare faciunt, & illos postea ad ima inferni deiciunt. Et propter hanc causam ipsos saeculi honores equorum nomine sacra designat scriptura. Vidi (inquit sapiens) seruos in equis: & principes ambulantes quasi seruos super terram. Serui in equis sunt peccatores in dignitate saeculi constituti. Nam qui facit peccatum (ut Christus saluator noster ait) seruus est peccati. Principes autem veri illi sunt qui sibi & suis vitis imperant: qui suae carnis motibus dominantur: qui se optime regunt. Sed hi saepe penitumero quasi serui super terram ambulant: quando nullo honore in hoc saeculo dignantur, sed velut abiectissimi contemuntur. Et hinc est quod saluator noster totius humilitatis exemplum nunquam super equum, quia superbum est animal, ascendit: ut suo exemplo nos doceret omnem superbiam fastum vitare.

Ecclis.

vi.

Joan.

vij.

DECIMANONA. Fo. clxxxiiii.

Ascendit autem super asinum qui humile & mansuetum est animal. Quo facto innuit, se corda humilium ascendere, non autem superbiorum. Sic enim ipse per quendam prophetam ait. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietem & tremetem sermones meos: Super corda superbiorum non ascendit deus, sed diabolus qui est rex super omnes filios superbiam. Nec solum de superbia notatus est equus, sed de libidine etiam male audit. Nam Aristoteles naturam animalium diligentissimus perscrutator: dicit illum omnium ferarum, tum marium, tum foeminarum esse salacissimum. Propter quod deus ut ostenderet Iudaeorum effrenatam libidinem, equis illos comparauit, per Hieremiam prophetam inquit. Equi amatores in foeminas, & emissarii facti sunt mihi: vnusquisque ad uxorem proximi sui hinnitabat. Tantam enim voluit ostendere in illis esse libidinis insaniam ut non solum appetitum voluptatis dixerit, sed hinnitum expresserit: ut equorum metaphoram seruaret, qui ad libidinem tam vehementer concitantur, ut furere videantur. Hinc est quod Iosue prestanti contra Amorrhaeum & Iebusaeum & ceteras barbaras nationes: precepit deus ut equos illorum

Esate,  
lxvj.

Idere,

Idere,

Josue,  
xj.

## HOMILIA

subneruaret: & sicut illi deus preceperat, ita ille fecit. Nam postquam omnes hostes expugnauit & interfecit, ita ut non reliquerit vel unum qui respiraret: equos etiam eorum omnes subneruauit. Non caret certe mysterio, quod hostibus omnibus interfectis equi illorum sint etiam subneruati, qui in nihilo iam nocere poterant. Si enim superfuissent aliqui ex hostibus, consentaneum rationi posset uideri equos subneruari, ne hostes uti illis possent ad fugam. Cum uero dicatur nullus relictus esse qui spiraret in hostibus, cur etiam equi subneruari subentur, qui usui poterant esse uictoribus? Mystica ergo significatione hoc loco querere cogimur: praesertim cum alibi legamus utilitatis causa post hostes deuictos alia illorum iumenta ab Israelitis fuisse seruata. In libro siquidem numerorum legimus filios Israel ex dei precepto pugnasse aduersus Madianitas, quibus deuictis aliquot asinorum milia de praeda hostium suis usibus reseruauerunt. Num quid fortuito accidisse putabimus, ut asini Madianitarum seruati sint Israelitarum usibus pro futuris: & equi Amorrhoeorum sint subneruati? Absit, ut in preceptis diuinis aliquid fortuitu incidere, & non omnia optimo iure data

71. Anm.  
xxxj.

## DECIMANONA. Fo. clxxxv.

esse putemus. Litera ergo postposita (quam quae & hanc ueram esse credere oportet) mysterium requiramus. Equus (ut diximus) lasciuus est animal, propter quod carnis libidinem merito significare potest. Et quia haec libido, carnis maceratione extinguitur, ideo equos subneruare iubet. Subneruat equus, hoc est, carnis lasciuia, quando ieiuniis & uigiliis & flagellis & reliquis id genus afflictionibus corpore maceratur. His enim gladiis omnis prorsus libido tollitur. Qui pudicam & castam seruat uitam, ab omni carnis immundicia abstinens, hic equos iuxta dei preceptum subneruauit. Cum ergo equus lasciuus sit & superbus, quisquis superbia erigitur, & carnis delicias sectatur, equo similis esse censebitur. Hunc equum daemon ascendit, qui est rex super omnes filios superbiae. Sicut enim deus super humilem requiescit, ita daemon in superbis sedet. Sed hunc equum & ascensorum eius deus proiciet in mare, cum in die iudicii de daemone & peccatoribus hominibus aget triumphum. Tunc enim peccatores omnes & daemones illorum seorsum deus proiciet in infernum. Sunt alii peccatores, nempe auari qui mulorum naturam aptissime

HOMILIA

cōgruunt. Mulus enim sterilis est, & ad onera portanda est aptus. Tales sunt auari qui lucris augendis inhiant: qui ea quæ possident tenacissime custodiunt. Magnū enim supra se onus portat, qui magnas diuitias custodit. Magnū quippe onus quod mētem quā ad cœlestia cogitanda deus homini dedit, adeo illam ad terrena deprimit, vt ad cœlestium contemplationē se nequaquā erigere valeat. Nam illic semper suum cor fixum, vbi thesaurum habet. Tam grauis est diuitiarū amor vt plūbi nomie in sacra scriptura designet. Amphora enim illa quam Zacharias propheta vidit, talētum plumbi portabat: & in medio huius amphoræ mulier sedebat quæ impietas dicebat, in cuius os massa plūbea missa est. Amphora hæc auaritiā figurat: quā sicut os amphoræ amplissimū est, ita auari desiderium latissimū, adeo vt nunquā satiari possit. Plumbū quod in amphora portat res ipsæ sunt quæ ab auaro possidentur: quæ quā auarum ipsum deorsum velocissime trahūt, plumbo, eo quod ipsum sit omnium metallorū grauisimū, merito comparatur. Mulier in medio amphoræ sedens impietas vocatur: quia impietas semper est

sacha,  
v.

DECIMANONA. Fo. clxxxvi.

auaritiæ cōiuncta. Quoniā si impietate dicas quæ veram religionē & verum dei cultum oppugnat: illa saepe ab auaritia oritur. Nam ob hanc causam Paulus dixit auaritiā esse idolorū seruitutem. Si vero impietas dicitur quæ nullū misericordiæ & pietatis affectum erga proximos habet: hæc (vt mox dicemus) cōiunctissima est auaritiæ. In huius mulieris os, massa plumbea mittit: quia impietas auaritiæ nimio terrenorū amore grauatur. Quia enim multa sibi appetit, ideo aliis necessaria crudeliter negat. Nunquā enim indigentibus denegaret, si plus quod oportet sibi ipsi non optaret. Massa ergo plūbea quæ in os mulieris mittitur, terreni amoris grauitatem significat, quæ auari cor adeo deiecit, vt ad cœlestia appetenda attolli nequaquā possit. Magnum ergo pondus auari portant, qui terrenarū diuitiarū amore tenentur. Hos enim propheta increpat, dicens. Filii hominū vsquequo graui corde. Quæ autem sit hæc illorum grauitas, subiugens exposuit. Vt quid diligitis vanitatem? Quibus verbis aperte satis docuit, rerum terrarum (quæ omnes vanæ sunt immo ipsa vanitas) amorem esse nimium grauem: & ob hoc

Ephes.  
v.

ps. liij.

HOMILIA

ipsum cor hominis illis vanitatib<sup>9</sup> affectū,  
 esse etiam illorū pondere grauatū. Sed hæc  
 est detestabilis auarorū cœcitas & cupidita  
 tis illorū profunda caligo, quia cū exonera  
 re se possint & releuare ponderibus pergūt  
 magis pœnalibus cumulis p̄tinaciter adhæ  
 rere, & grauiora quotidie pondera conant̄  
 portare. Est adhuc aliud in mulorū natura  
 quod aptissime cōuenit auaris. Illi enim ste  
 riles sunt, ita vt naturā & substātiā quam  
 a natura & parētib<sup>9</sup> acceperūt, aliis per ge  
 nerationē (vt reliqua faciunt animalia) cō  
 municare non possint. A parentibus enim  
 suis acceperūt esse, vitam, & motum: hoc ta  
 men aliis impartiri non valent, quia etsi in  
 ter se mares cum fœminis coeant, nunq̄ ta  
 mē generant. Sunt enim naturæ & substan  
 tiæ receptæ auarissimi, ita vt sibi soli nati es  
 se videātur. Talis per omnia mihi auarus es  
 se videtur: nam de facultatib<sup>9</sup> suis quas aut  
 a parētib<sup>9</sup> iure habuit hæreditario, aut la  
 bore suo cōquisiuit, aut deus illi gratis con  
 cessit, nulli quālibet indigenti subuenit. Si  
 bi soli datas esse putat: nullam aliorū indi  
 gentium habēs rationē. Neq; enim seruito  
 ribus aliquam facit inde largitionē: cum mi

DECIMANONA. Fo. clxxxvii.

seris pauperibus nullam partitionē: & pecu  
 niam suā dicit quam velut alienā domi clau  
 sam sollicito labore custodit. Ex qua non a  
 micis, non consanguineis, non liberis, non  
 vxori, non sibi deniq; impartit. Neq; enim  
 miseret filiorum, nec amicorū necessitati cō  
 patitur, nec vxoris indigentiaē condolet.  
 Quo fit, vt ad hoc tantū possidere credat,  
 ne possidere alteri liceat. Magna quidem est  
 auari sterilitas, qui cum multa in se habeat  
 diuitiarū semina, nullum tamē ex eis miserī  
 cordiæ fructū profert. Recte igitur dixim<sup>9</sup>  
 auarum similitudine esse mulo: superbū & lasciuū  
 equo. Cum autē omne peccatū (iuxta bea  
 ti Ioannis apostoli sententiā) sub aliquo ho  
 rum tritū militet, conuincit omnē peccato  
 rem aut equo aut mulo similem esse. Et ob  
 hanc causam deus omnes pctōres hortari vo  
 lens vt a peccatis cauerent, dixit. Nolite fie  
 ri sicut equus & mulus quib<sup>9</sup> non est intelle  
 ctus. Ac si diceret. Nolite cōtemnere mira  
 biles diuitias a diuina bonitate vobis exhibi  
 tas. Agnoscite quale vobis beneficium deus  
 contulit, cum vos ad suam imaginē condi  
 dit. Vos enim fecit tales, vt possitis agnosce  
 re & intelligere nō solū quæ infra vos sunt,

HOMILIA

sed etiam quæ supra: possitis etiam non solum futura prospicere, sed præteritorum recordari. Fecit vos vestri iuris & arbitrii, ut vestra voluntas a nemine cogi possit: ut liberum vobis sit bonum & malum: vitium aut virtutes, vitam aut mortem eligere: quo quid maius excogitari poterat? Nolite ergo mutare gloriosam hanc imaginem immensi & incorruptibilis dei, in imaginem bestiarum, ut sitis sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Nolite esse superbi aut lasciu sicut equus: quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Nolite esse avari ut mulus: quoniam auaro nihil est scelestius: & nihil est iniurius quam amare pecuniam. Estote igitur misericordes sicut pater vester celestis misericors est: ut sitis filii patris vestri qui in coelis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Estote mundi, quoniam soli mundo corde sunt qui deum vident. Estote humiles: quoniam sicut superbis deus resistit, ita humilibus dat gratiam & tandem gloriam per merita Iesu Christi filii sui & domini nostri, qui cum eo & spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VICESIMA.

VICESIMA. Fo. clxxxviii.

In chamo & freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te.



Inter plurimas & varias austerioris disciplinae egregias virtutes, hæc una & non parua est, quæ iustos cohibet, ne via virtutis deserta in pessima quæque vitia precipites ruant: & peccatores a falsis & noxiis huius mundi delationibus, post quas anxii & impotentes currebant, ad veram virtutis viam auocat & auertit. Nam sicut nimia prosperitas & indulgentia plurimos ad peccatum ducit, ita contra acerba tribulatio, & seuera disciplina multos ad virtutem reducit. Prosperitas stultorum (inquit sapiens) perdet illos. Perdit, inquam, stultos prosperitas: quia omnia illa sine quibus recte illi consistere nequeunt ab illis auferunt. Aufert enim cognitionem sui & dei. Cognitionem sui ipsius impedit prosperitas: quia etiam ad cognitionem sui ipsius opus est experimento. Quid enim quisque possit nisi tentando non didicit. Nam quantus ad paupertatem tolerandam sibi sit animus, nemo scire potest, si diuitiæ semper affluunt.

puer, s



HOMILIA

Non potest scire quatum aduersus ignomi-  
 niam & infamiam odiumque populare constan-  
 tia habeat, si inter plausus consenuit: si illum  
 inexpugnabilis & perpetuus fauor sequitur.  
 Non potest scire quae a quo animo laturus  
 sit orbitatem filiorum, si quoscunque sustulit fi-  
 lios, videt. Non potest denique scire quatum  
 ad calamitates alias tolerandas valeat, si nihil  
 unquam asperum & difficile passus est. Multi  
 sunt bouum stimulatores, pauci aratores.  
 Multi alios in magna aliqua calamitate libere  
 consolantur: qui tamen minimum incommodum  
 passi consolantem audire nolunt. Quia  
 enim nunquam fuerant grauius & aspera exper-  
 ti, facile putabant calamitates omnes sub  
 fugum mittere: & quoscunque terrores contem-  
 nere. Hinc illa (vt censeo) filiorum Zebedaei  
 facilis atque adeo stulta confidentia: qui cal-  
 cem quem dominus bibiturus erat, quem ob  
 nimiam illius amaritudinem & dominus ipse bi-  
 bere reformidauit, se posse bibere censue-  
 runt. Huic etiam error proximus fuit Pe-  
 trus, cum se potius mortem laturum quam Chri-  
 stum negare spopondit. Expertes siquidem  
 malorum illi tunc erant, ac proinde illis se  
 posse facile imperare credebant. Quid autem

Adar.  
 xx.

Luce.  
 xxij.

VICECIMA. Fo. clxxxix.

possent tunc didicerunt, cum instante mor-  
 tis periculo, fugam capessere non fuerunt omnes  
 veriti. Gubernator in tempestate agnoscit:  
 in duro certamine miles. Nemo ergo illum  
 cui prospera semper blanditur cognosce-  
 re potest, nec ille sese. At qui se non agnoscit,  
 deum etiam non agnoscere est necesse. Nam  
 qui se quem semper foris videt & cum quo  
 perpetuam habet consuetudinem non intelli-  
 git, deum qui (vt diuinus psalter ait) posuit  
 tenebras patibulum suum quomodo intelli-  
 gere valebit? Nimius siquidem ille prosperita-  
 tis splendor ob oculos effusus, sic totos ipsos  
 occupat mentis oculos, vt vix quicquam aliud  
 praeter ipsam foelicitatem homo conspiciere  
 possit. Quo fit, vt nec dei, imo nec sui etiam  
 recordetur: quonia omni studio & tota in-  
 tentione in ipsam prosperitatem fertur. Rur-  
 sum qui deum non agnoscit, non illum (vt  
 decet) veneratur. Neque intra hos malitiae li-  
 mites se continet prosperitas, sed liberius va-  
 gata ultra progredi conatur. Nam qui prospe-  
 ris gaudet deo subdit & illius obedire manda-  
 tis negligit. Quem enim quis non cognoscit  
 vt dominum, facile est vt illius iussa contemnat.  
 Virvanus (vt est in libro Iob) in superbiam Job, xi

Adar.  
 xxij.

HOMILIA.

erigitur, & quasi pullum onagri se liberum  
 natum putat. Vanus est quisquis trāsitoria  
 hæc cogitat & amat: quisquis in illis tota in-  
 tentione firmatur. Si stultus est quisquis stul-  
 tis & amentibus iungitur, & cum illis perpe-  
 tuam habet cōsuetudinem: vanus etiam eo-  
 dem iure censebitur, quisquis rebus caducis  
 Eccl̄s. quæ omnia, teste Salomone, vana sunt, ve-  
 hementer adhæret. Et huiusmodi vanus vir  
 i. in superbiam erigitur: quia prosperitas sic  
 illius animū effert, vt nemine se inferiorem  
 putet: nemini, nec etiā deo se subdi velit: sed  
 sibi ipsi placere studēs diuini timoris iugū a  
 se excutit: & quasi in malorū perpetratiōe  
 iam liber quicquid voluptas suggerit imple-  
 re contēdit. Propter quod recte de illo sub-  
 ditur. Et quasi pullum onagri se liberum na-  
 tum putat. Pullo onagri similem dixit, effre-  
 no videlicet animali & vago: vt pessimam  
 illius & effrenatam ad malum ostenderet li-  
 bertatē. Onager siquidē asinus est siluester  
 & indomitus, qui, sicut & omne aliud agre-  
 ste animal, domino obedire nescit, sed quo-  
 cunq; naturæ motus impellit vadit. Quasi  
 pullum onagri se liberum natum vir vanus  
 putat: quia diuinis mandatis obedire negli-

VICEGIMA. Fo. c. ic

gens, per siluam desideriorū vagus & liber,  
 absq; vllis disciplinæ loris currere non cessat.  
 Si autem huius effrenatæ libertatis originē  
 quæras, profecto ipsam prosperitatem inue-  
 nies: quoniā hæc omne obedientiæ iugum  
 excutit, & domino aliquid præcipiēti recal-  
 citrat. Nā populus ille Israeliticus a deo di- Deute.  
 lectus, postq̄ affluentia rerum tēporalium xxxij.  
 incrassatus, impinguatus, & dilatatus fuit,  
 recalcitrauit, & dereliquit deū factorē suū,  
 & recessit a deo salutarī suo. Ipsa enim cras-  
 situdo & pinguedo vires illi & animū ad re-  
 calcitrādum præbuit. Merito igitur sapiēs Psal. i.  
 dixit. Prosperitas stultorū perdet illos. Nō-  
 ne perditus est qui relinquit deum factorē  
 suum, & recedit a deo salutarī suo: Ecce (in- Psal.  
 quit propheta in alio quodā psalmo) qui clō lxxij.  
 gant se a te peribunt. Perditus est qui deum  
 monentē non audit, qui illius mandatis obe-  
 dire contēnit. Talis est quisquis nimia pros-  
 peritate delectatur: quoniā hic velut equus  
 aut mulus incrassatus, & laboribus mini-  
 me assuetus, recalcitratur. Perdit ergo pros-  
 peritas stultos: quia ad peccatum illos du-  
 cit, & in peccato detinet & ligat, & ab illis  
 per poenitentiā recedere non sinit, quousq;

HOMILIA.

illos in infernū detrudat. Cū enim primos prosperitatis aditus conspiciūt videtur illis via pulchra, & sequūtur eam, quousq; in nouissimis illius inueniunt mortem. Nam (vt est apud Iob) gaudēt ad sonitum tympani: & ducūt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Nunq̄ viam suam deserūt: quia falsa prosperitatis dulcedine capti, detinentur. Sæpe enim viatoribus contingit, vt cum amœna fortasse in itinere prata conspexerint, a cœpti itineris rectitudine declinēt, & pergendi moras innectant: quoniam eorum gressus detinet pulchritudo itineris dum delectat. Ob hanc causam deus electis suis ad se pergentibus, asperū iter facit: ne huius vitæ amœnitate delectati, ad deū quem concupiscunt ire tardentur. Tribulationes illis mittit, vt sic omni sublata mora, ad patriam festinare compellat. Nam tribulatio & angustia oculos aperit, & ingenium acuunt: quoniā mala quæ nocent, docent. Quo fit vt stultus quem prospera habebat & obtusum reddiderant, tribulationibus succedētibus sapere incipiat. Stultitia (inquit sapiens) colligata est in corde pueri: sed virga discipline effugabit eam. Tūc incipit

Job.  
xxi.

120.  
xxv.

VICESIMA. Fo. cxcj.

pit cognoscere quam vana fuerant illa & cauda quibus tota intēione adhæserat: quippe quæ tam cito perierint, & diu consistere non potuerint. Tūc agnoscit illa esse nimium fragilia & impotentia, quæ non valuerint illum a tali angustia liberare. Tūc diuitias nihil esse dicit, q̄ non possint illum a morte, imo neq; a corporis multis cruciatibus liberare: non ab ignominia & dedecore, non a contumelia, non a filiorū orbitate, non ab ignorātia. Quid prodest stulto (inquit Salomon) habere diuitias cū sapiētiam emere nō possit? Tūc sese cognoscere incipit, suā intelligens miseriam, fragilitatē, incōstantiam, impotentiam, ignorātiā. Tūc deum agnoscit, & cuncta in illius manu posita esse considerat: omnia ab illo pēdere, ita vt nec folium arboris absq; illius nutu moueatur, intelligit. Quæ prius habuerat ab illo data esse, & nunc suis exigētibus meritis, illo eodem volente, ablata esse cognoscit. Et sic oculos suos quos prius a deo auerterat, illos in terram declinans, tribulatione urgente, a terrenis his & trāsitoriis rebus eleuans ad deum conuertit. Canibus & suis hic mos est, cum esuriunt dominū inspicere, si forte

120.  
xxv.

## HOMILIA.

quid quod edere possunt ex illius manibus decidat. Et siquid illis proicitur tunc a domino oculos auertit, & in ipsum cibum tota intentione vertitur. Cum autem totum deuorauerit cibum, tunc iterum oculos suos ad dominum conuertunt. Sic multi sunt canibus similes. qui rebus his transitibus affluentes dei obliuiscuntur: his autem deficientibus, tribulatione coacti ad deum vertuntur: illius implorant misericordiam qua antea se egere non putabant. Cum deum deique immensam bonitatem contemplantur, & se suumque miserum statum agnoscunt, vident se longissime a deo abesse ac proinde longe a salute se esse intelligunt. Suum errorem sentiunt: & a vera virtutis via se declinasse considerant, & inde euenit, ut veteris vite poenitentes aliam & meliorem statuam incipere vitam: diuinis mandatis deinceps obedire proponunt, quae prius prosperitatibus elati contenebant. Iam non se quasi pullum onagri liberos natos putant, sed cum Dauide propheta deum alloquentes dicunt. *Vt*

*Psal. lxxij.* iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Cum igitur magnam hanc tribulationis vim & potentiam Dauid agnosceret quippe qui suo ipsius periculo didicerat, peccatores plu-

## VICECIMA. Fo. excii.

rimos qui felicitatibus terrenis seducti a deo recesserant, tribulationibus urgentibus posse ad deum conuerti, deum ipsum precatur, ut peccatoribus qui facti sunt velut equus & mulus quibus non est intellectus, aduersitates immitat: ut vexatio sola illis det intellectum, & sic a malorum perpetracione coercentur. Sic enim ait. In chamo & freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Quibus verbis Dauid precatur, deum, ut variis aduersitatibus peccatores a pessimis illorum viis recedere cogat. Sicut enim his duobus instrumentis, quasi quibusdam retinaculis iumenta cohibentur, ne quocumque libuerit vadant, sed fessoris arbitrio subdant: sic etiam per asperas tribulationes deus peccatores retinet, ne post concupiscentias suas eant, sed domini & dei sui subdant imperio. Quod enim frenum est equo & chamo mulo, hoc est homini tribulatio. Nam haec saepe peccatores coercent, ne se voluptatibus subdant: illos saepe a vitis quibus antea seruiebant auocat & auertit. Et ob hanc causam benignus deus, tot peccatoribus mittit tribulationes, ut illos sic a via mala ad rectam virtutis viam reuocet. Aliquando terrae sterilitatem

## HOMILIA

mittit: aliquādo morbos inducit & pestem: aliquando opprobria infert & cōtumelias: nunc filiorū orbitatem: nunc bonorum omnium tēporaliū iacturam. Quæ omnia clementissimus deus ideo facit, vt tentet & viā inueniat qua peccatores qui ab illo recesserant cōmodius ad se cōvertere possit. Hoc enim experimur in equis, vt non omnes eodem regantur freno: nam alius aliud exigūt frenum, vt cōmode gubernari valeat. Sunt enim aliqui tam effrenati & impotētes, vt si semel currere ceperint, sistere nesciant: & quālibet durius lora cōprimas retinere illos non possis. Hi duro & aspero indigent freno, vt fessor illos ad suū possit regere nutū. Deus etiam qui, cum sapientissimus ipse sit, omnium hominū mores & ingenia cognoscit: vt illos sibi subiiciat, & domitos reddat, non omnibus eandem infert tribulationē: sed illā qua melius & cōmodius illos possit suæ subicere voluntati. Quos enim nouit terrenis lucris sic inhiare, vt rerum celestium sint prorsus immemores, hos totius fundi calamitate percutit: vt agnoscant vana esse & caduca quæ tam cito periere: vt vel sic ab illorum immoderato amore cohibeantur.

## VICESIMA. Fo. cxciii.

Alios, filiorum orbitate ad se reuocat deus: quod optime nouerit filios esse qui paternæ salutis maxime obstabāt. Sunt alii qui carnis curam in desideriis suis maxima cum sollicitudine agunt, quorū deus venter est, & gloria eorum in confusione, qui dicūt semper. Venite fruamur bonis quæ sunt: & vtamur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter. Vno precioso & vnguetis nos impleamus, & nō prætereat nos flos temporis. Coronemus nos ros ante quā marcescāt: nullum pratū sit quod nō pertrāseat luxuria nostra. Hos variis corporis morbis laborare cogit: nūc febris ardoribus vehemētibus: nūc acerbo & vix tolerabili capitis dolore: nunc celerissima peste: nūc acuta pleuritide: vt his & similibus morbis correpti, discant, non esse tam tam curam huic mortali & misero corpori impendēdam: sed deo suo, a quo quicquid boni habēt, esse diligētius seruēdum. Sunt tamen aliqui tam effrenati & indomiti qui post suas concupiscentias tam immoderate abeunt, vt multis tribulationibus percussī, ab illis non reuocentur: tam tenaciter suis adherent voluptatibus: tam mordicus illas tenent, & nodo herculano cū illis sic copu-

1<sup>o</sup> Pht.  
lip. iij.

Sap. 9

B

HOMILIA.

lantur, vt non nisi gladijs possint diuelli. Hi durissimo indiget freno: acerbissimam illis deus saepe infert calamitatē, vt sic a delictis post quas praecipites & impotētes feruntur, vt cūq; coerceatur. Vnde cōuincitur multū peccatores debere deo, & maximo beneficio esse illi obligatos, cū illis praebet aduersa, cū duris tribulatiōibus illos pūgit. Hoc enim argumēto nobis ille persuadet nostrā se maxime optare salutē. Nā vt est in libro Machabeorū) nō sinere hominibus ex sententia agere magni beneficii est indicium. Magnū quippe beneficiū est hominē cōtinere ne se subdat peccato. Retinetur autem tribulatione tanq̄ freno, magnū ergo beneficiū tribulatio. Verū multi sunt deo ingratiissimi qui tantū beneficiū non agnoscetes, deo tribulationes mittenti maledicunt: deum benefactorem blasphemāt: illū velut iniustum accusant: tātum abest, vt pro tam immenso beneficio grates illi quas maxime meretur reddere velint. Et hinc euenit, vt illorū impia maledicētia & pessima ingratitude exacerbat⁹ deus, illos hoc priuet largissimo beneficio: & tribulationē auferat, qua velut freno poterāt a peccato cohereri:

ij. Ma.  
cha. iij

VICESIMA. Fo. exciij.

quo euenire est necesse, vt quocūq; illos carnis impetus tulerit, eant. Dimisi eos (inquit ille) secūdū desyderia cordis eorū. Tūc illos dimittit, cū nō cohibet malos volūtatis motus. Tūc dimittit illos, cū ab illis tribulationis frenum tollit. Vt autē intelligas quā malum sit suis desyderiis a deo dimitti, cōsidera obsecro quid postquā a deo dimittuntur agant, & quo tēdant. Ibūt (inquit) in adinuetionibus suis. Adinuetiones nostrae, nostra sunt peccata. Quid enim aliud humana infirmitas & humana malitia inuenire posset nisi peccatū! Nā virtutes nō sunt adinuetiones nostrae, sed dei. Ille enim est fons & origo bonorum omnium a quo bona cuncta procedūt. Ille viā vitae adinuenit: ille modū excogitauit, suam scilicet passionem, qua nullus alius congruētior modus inueniri potuit, per quā nos a daemōnis potestate redemit, & ab inferno eripuit, quo oēs tendebamus. Quicquid bonū est & nostrae salutī cōueniēs ab illo adinuetū est. Cōtra vero peccatū, captiuitas, mors, inuētiones sunt humanae. In his ergo & huiusmodi ibunt peccatores, si deus illos secundum desyderia cordis eorum dimittit: si illis disciplinae lora relaxat:

B ii

HOMILIA.

si tribulationis freno illos non continet. Quisquis ergo suae salutis est cupidus, prospera horreat & pertimescat: & aduersa quae nos a malorum perpetratoe cōpescūt, extēsis, vt aūt vlnis excipiat. Timeat quē nulla vnq̄ tribulatio afflixit quē semper blāda ac prospera reficiūt: quoniā de quorum salute vt cunq̄ speratur. & quos deus ad se venire vult, in chamo & freno maxillas illorū cōstringit, vt vel sic ad se approximare cogat. Maxillas cōstringit: quia facultates quibus deū offendere possint illis subtrahit: victuales copias illis minuit, frugum sterilitatem immittit, vt sic ieiuniis & aliis carnis macerationibus dei mandatis obedire cogantur. Domitores siquidē equorū nō verbera solū adhibēt ad domandū, sed cibū etiam saepe subtrahunt, vt fame debilitetur equulorum nimis effrenata vis. Sic etiam deus ad peccatorum superbiā et undēdam, & illorū cōprimēdam rebellionē bona illis subtrahit tēporalia, vt fame & egestate cōpulsī, deo quē antea contēpserant, obedire discant. Et haec sunt illae peccatorū maxillae quas deus chamo & freno tribulatiōis cōstringit. Maxillae nāq̄ quaedā sunt corporis mēbra, & quasi

VICESIMA. Fo. cxv.

quaedam corporis instrumenta quibus animalia cibum conterūt ad vitam sustentationem. Et bona tēporalia quaedā sunt instrumenta quibus bestialis haec vita alitur & fouetur. Has ergo maxillas deus cōstringit: quia bona haec tēporalia deus minuit, vt rebelles peccatores domet, & suo imperio subdat. Filius ille prodigus in domo patris *Luc.* incrassatus & impinguatus velut equus indoctus recalcitrauit & a domo patris recessit. Sed maxillas illius chamo & freno deus cōfregit, cum ad tantā illum redegit inopiam, vt porcos pasceret, & de illorum siliquis cuperet saturari, nec tamen posset. Harū maxillarum cōfractione ad patrē quem antea dereliquerat est redire cōpulsus, vt illius se subderet imperio, cui prius fuerat rebellis. Orat igitur Dauid deum vt peccatoribus tribulationes inferat quibus illos ad virtutem redire cōpellat, & ait. In chamo & freno maxillas eorū cōstringe qui nō approximant ad te. Eorū qui non approximant ad deum, petit maxillas cōstringi: nō aliorum qui deo adherent. Peccatorū siquidem curam nunc gerit Dauid non iustorū, deum *Adatt.* ipsum & redemptorem nostrum iam tunc *ir.*

HOMILIA

imitatus, qui (vt ille ait) non venit vocare iustos sed peccatores ad penitentiā. Non enim est opus bene valētibus medico, sed male habētibus. Peccatorū nunc optat salutē: quoniam illis solis se prospecturū olim promiserat, cū dixit. Docebo in quos vias tuas & impiū ad te cōuertētur. Impiorū cōuersionem optat, & ideo illis solis remediā petit: & quia maximū & præsentiſsimū remediū noscitur esse tribulationē, hanc illis cupit, & a deo petit, sic inquit. In chamo & freno maxillas eorū cōstringe qui nō approximāt ad te. Verū aliquis forsitan scrupulosior iusto, percōtabitur quo pacto Dauid mansuetissimus, proximis suis tribulationes optat. Nūquid proximis nostris paupertatē, famem, sitim, nuditatē, dedecora, & obprobria contra omnē culpæ labem optare possumus? Si hæc optare licet, etiā in illis cū aduenerint cōplacere licebit. Possumus certe absque alicuius nota hæc proximis nostris optare, modo ex vera charitatis radice voluntas illa oriatur: ita vt hæc non ad vindictā nostrā, sed ad proximorū salutem desiderentur: vt videlicet huiusmodi tribulationibus coercitus peccator, a vitis post quæ anxius &

ps. l.

VICESIMA. Fo. cxcvi.

anhelus currebat. ad veram virtutis viam reuocetur. Satis enim superque satis est, si illa proximis meis & eo affectu optē, quæ mihi ipsi iure optare possum: quoniam non teneor meliora proximis meis optare quam mihi: nec illos feruentiore charitate diligere quā me ipsum. Diliges (inquit saluator noster) proximū tuū sicut te ipsum. Quis autē non videt sæpe tribulationes & aduersitates esse a sanctis viris optatas, imo quasitas? Apostoli enim gaudentes ibāt a cōspectu cōciliū: quā digni habitū sunt pro noīe Iesu cōtumeliā pati. Gaudebāt in tribulatione, quia venerat illis quod maxime cupiebāt. Et idē propheta regius simul & sanctus, in alio quodā psalmo ait. Tribulationē & dolorē inueni. Quærebat ergo tribulationē cū illā inuenit: quia nō inuenit nisi quod quærēt. Nam alias cū tribulationē habuit, quā nō quærebat dixit. Tribulatio & angustia inueniunt me. Inuenit illū tribulatio, quia illa illū quærebat: cū autem ille tribulationē quā quærēbat reperit, tunc dixit. Tribulationem & dolorem inueni. Tribulationem quam sibi optat vir iustus & sapiens, aliis etiam precatur, sciens quoniam tribulatio patientiam

adact. xxij.

Act. v.

psal. cxvij.

psal. cxvij.

## HOMILIA.

**Rom.** operatur: patientia autem probatione: probatio vero spes: spes autem non confundit. Propter hoc in alio quodam psalmo de quibusdam peccatoribus loquens, ait. Deus meus pone illos ut rotam: sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit siluam & sicut flamma comburens montes: ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia & quaerent nomen tuum domine. Non contra illos, sed pro illorum salute precatur. Et ob hanc causam dixit. In ira tua turbabis eos. Non dixit, occides, destrues, vel quicquam aliud simile, sed petit ut turbentur, & sic malum facere pertimescant. Hoc autem apertissime ostendit, cum subdidit. Et quaerent nomen tuum domine. Ad hoc petit illos percuti & flagellari, ut flagellis coacti haec transitoria deserant, & nomen domini quaerant. In chamo & freno, inquit, maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Tribulationes & flagella peccatoribus precatur, quia optime nouit huiusmodi tribulationes quasi quaedam esse retinacula quibus peccatores a suis voluptatibus cohibentur, ne post illas effrenati currant: & sic illis desertis ad deum suum

## VICESIMAPRIMA. Fo. cxcviii.

conuertant. Cum autem iam semel fuerint conuersi, tribulationes ipsae urgent, ne falsa uoluptatum pulchritudine detenti ad deum quem iam concupiscunt, ire tradentur. Ipsae tribulationes uiae sunt rectae per quas nos oportet intrare in regnum celorum. Oportuit siquidem Christum pati & sic intrare in gloriam suam. Nos ergo illum imitati, tribulationes patienter feramus, ut in eadem gloriam ingredi mereamur per merita illius qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA VICESIMAPRIMA.

Multa flagella peccatoris.



Ostendit David ab inextricabilibus peccati laqueis quibus a daemone ad suam ipsius uoluntatem constructus tenebatur, deo miserante fuit ereptus, anxie curauit omnes alios quaqua- uersum admonere: iustos ne se in peccatorum laqueos iniiciant: peccatores, ut ab illis se per poenitentiam expediant. Et de hac re fidem suam deo obstrinxerat, cum ab illo peccati

## HOMILIA

**ps. l.** sui remissionem petiit. Docebo (inquit ille) vias tuas, & impii ad te conuertent. Vt autem hanc suam fidem liberaret (sicut supra in expositione tituli diximus) hunc psalmum composuit, in quo duas vias precipuas, per quas & deus ad nos, & nos ad illum puenimus, peccatoribus ostendit, vt illis cognitis a peccatis suis recedentes ad deum conuertantur. Vniuersae enim viae dñi (vt ille in quodam alio psalmo dicit) misericordia & veritas. Quidam enim amore, alii timore ducuntur. Quidam spe praemii alliciuntur ad bonum: alii horrore & metu gehēnae reuocant a malo. Hos iusticia compellit: illos misericordia blande & suaviter trahit ad bonum. Hi per viam iustitiae incedunt: illi per viam misericordiae. Vtramque ergo viam docere oportuit: vt si quos forte altera non allicit, altera compellat. Misericordiae viam in principio huius psalmi aperuit, vt viae amenitate & suavitate percepta ad illam current peccatores. Nam praemia maxima quae omnes superant mundi huius diuitias poenitentibus proposuit dicens. Beati quoque remissae sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatum. Poenite

**psalmus  
xxiiij.**

VICESIMAPRIMA. Fo. cxviii.  
 ti siquidem remissio peccatorum omnium qualibet grauius, gehēnae liberatio, & ianuae caelestis aptio pmittitur. Sunt tñ, heu, nimium multi qui ad haec tam largissima pmissa non assurgunt: quales sunt illi de quibus dicitur, **ps. cv.** quod pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Hi per viam misericordiae incedere nolunt. Ob hanc causam Dauid qui omnium peccatorum salutem sitiebat, aliam nunc viam, diuinam scilicet iustitiam quae nullum malum impunitum relinquit aperit: vt qui caelestis patriae amore ad peccati poenitentiam non mouetur, poenarum saltem odio & horrore moueatur: quoniam nisi poenituerint multos & aeter nos sustinebunt cruciatus. Sic enim ait. Multa flagella peccatoris. Peccatoris (inquit) multa sunt flagella non iusti: quonia & si iustus in hac vita flagelletur, illius tamen flagella non sunt multa. Flagellat quidem iustus deus, vt flagellis erudiat & meliores faciat. Quem enim diligit dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. **Hebr. iij.** Omnem flagellat filium, ita vt vnicum quem ex sua substantia genuit filium, sine flagello non reliquerit. Nam licet fuerit ille sine peccato non tamen fuit sine flagello: quonia pro

## HOMILIA

nobis omnibus tradidit illum. Qui ergo, vnus  
cum sine peccato filiū flagellare voluit, cre-  
di par est vt reliquos omnes quos cum pecca-  
to adoptauit flagellare velit, vt vel sic aut a  
peccato reuocet aut ad virtutē prouehat.  
Sed horū flagella, quālibet varia & acerba,  
multa tamē non sunt: quā tempore tandem  
finiūtur: cum per hanc solam vitam p̄sentē  
durent: nec semp̄ totam: quia saepe ante hu-  
ius vitæ exitū flagellorū vim deus mitigat,  
aut in vniuersum tollit. Deus siquidem qui  
clemētissimus est nō flagellat iustos vt per-  
dat: sed vt probet & tentet quali sine forti-  
tudine p̄diti, vt aliis notum sit qualem illi  
in aduersis habeant tolerātiā. Vt autē ten-  
tauit eos & inuenit eos dignos se, tunc iam  
parcit flagellis, & p̄emia laborū parare di-  
sponit. Flagellat⁹ fuit populus Israeliticus a  
Pharaone in Aegypto & a Nabuchodonosore  
in Babylone: sed hanc illorū iniquā po-  
testatē non permisit deus diutina libertate  
grasari. Et cum populo illi superuenit sē-  
ua bestiarū ira, morsib⁹ peruersorū colubro-  
rū exterminabant: sed non in perpetuū (vt  
ait sapiēs) ira dei p̄mansit, sed ad correptio-  
nem in breui turbati sunt, signum habētes

Sap.  
xvi. j

## VICESIMAPRIMA. Fo. cxcix.

salutis ad cōmemorationē mandatī legis di-  
uinæ. Flagellatus fuit Iob & quidē acerbis-  
sime a dæmone, ab vxore, ab amicis: sed du-  
rissima illius probata patientia omnia longe  
ab eo proiecit flagella: dupla illi reddens vi-  
tæ solatia quæ fuerant flagellis ablata: vt intel-  
ligant fideles ad iustorum p̄bandam patien-  
tiam, hæc iustis breui illo tēpore fuisse infli-  
cta flagella. Propter quod in alio quodam  
psalmo p̄pheta ait. Quia non relinquet dñs  
virgam peccatorū sup sortem iustorū vt nō  
extēdant iusti ad iniquitatē man⁹ suas. Ty-  
ranni & p̄secutores sunt virga qua deus iu-  
stos percutit: sed hanc non limit deus super  
iustos diu permanere, ne possit illos longis-  
sima p̄secutione conterere. Poterant enim  
seruī dei animos suos ad iniquitatē, forsitan  
extendere, si p̄secutio ipsa in longissimū ali-  
quod perseveraret spacitū. Et hæc nostram  
sententiā saluator confirmat, qui de seuiēte  
antechristi futura p̄secutione loquens, ait.  
Et nisi breuiati fuissent dies illi, nō fieret sal-  
ua omnis caro: sed p̄pter electos breuiabū-  
tur dies illi. Iustorū igitur flagella multa es-  
se non possunt: quā quicquid breui tempo-  
re finitur parū est, si ad immēsam illam refe-

psalm⁹  
xxiiij.

Mat.  
xxiiij.

HOMILIA

ras æternitatē, quæ nullo vnq̄ dierum volumine absumet. Hinc de foelicissimis martiribus, qui duros & varios pro Christo cruciatus hic sustinuerūt, sapiens loquens ait.

sa. iij. In paucis vexati: in multis bene disponent. In paucis dicit illos fuisse vexatos quia quicquid hic pro deo tolerat tam breue est, vt Paulus dixerit esse momentaneū: & ob eam causam leue. Peccatoris autē flagella multa sunt & magna: quia nō solum in hac vita ad temp⁹ quemadmodū iustus, sed in alia etiā vita puniet in æternū. Sunt enim aliqui peccatores quorū in hac vita inicianē flagella: quæ post huius vitæ exitum eo quod penitentia agere noluerunt augebunt, & aucta sustinebunt sine fine. Nam quod delictis eorum exigētibus iustus iudex & nūc & postmodū quosdā feriat, psalmista testat sic in-

ps. cv. quens. Induatur sicut diploide confusione sua. Diplois siquidē duplum est vestimētū. Confusione ergo sicut diploide induitur, qui iuxta reat⁹ sui meritū & tēporali & ppetua aniaduersiōe puniunt. Et beatus Iudas ait. Secūdo eos qui non crediderūt pdidit. Primo namq̄ in p̄senti flagellat: & qui p̄sēntib⁹ malis non corriguntur, secūdo per-

VICESIMAPRIMA. Fo. cc.

ducunt ad æterna flagella. Tales igit̄ oportet duplici nomie flere: & q̄ hic misere affliguntur, & q̄ illis iterum ignis eos manet. Huius vitæ afflictiones nunc exponere statuo, deinde alteri⁹ vitæ flagella differam. Variasunt flagella quibus deus peccatores in hac vita punit: qm̄ aliquando fame & siti: aliquādo variis morborū generibus. Nunc peste, nunc filiorū aut parētum morte: aliquādo captiuitate & hostiū seruitute. Nunc tyrannorū oppressione: iterum temporalis rerū factura. Deniq̄ pseudo prophetarū falsa p̄dicatione vt ab illis decepti in barathrū ducantur æternū. Et hæc omnia mala & multo plura se dominus missurū minatur iis qui mandata illius obseruare contempserint, q̄ omnia nos suis locis differemus. Nam q̄ famē cibi corporalis propter sua peccata patiatur peccatores testatur liber regū quart⁹ qui tantam fuisse famē in Samaria refert, vt mulier quædam, acerbissima fame cogente filium suū coxerit vt inde cibum sumeret. Et hæc se missurū peccatorib⁹ minat⁹ est ipse dñs dicens. Mittet dominus sup te famē & esuriē. Morbi etiā variū quibus hoies sape affliguntur, flagella sunt diuinæ iustitiæ.

que sunt  
huius vite  
afflictio  
deo.

iii.  
Reg.  
vi.

Deut.  
xxviii.



HOMILIA

quibus peccatores hic pro meritis suis corripit. Nam paralytico illi triginta octo annos habenti in infirmitate sua, post datam sanitate dicit saluator noster. Ecce sanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Qua admonitione aperte satis expressit saluator, principem morbi causam & originem fuisse peccatum: ita ut in poenam illius fuerit morbus inflictus. Et merito quidem hac puniuntur poena, ut in eisdem ipsis membris sentiat peccator dolorem, in quibus expertus est voluptatem. Hinc dominus in Deuteronomio minatur. Percutiat te dominus ulcere Aegypti, & partem corporis per quam stercorea egeruntur, scabie quoque & pruriginem: ita ut curari nequeas. Et aliquibus interfectis iterum ait. Percutiat te dominus ulcere pessimo in genibus & suris, sanarique non possis a planta pedis usque ad verticem tuum. Nec solum hos morbos qui lente hominem inuadunt immittit, sed pestem quam morbus est nimia celeritate percurrens, & quam velocissime hominem deuastat. Nam quia illi celeres sunt in exequenda malitia, ideo deus dignum ducit velocissimo remedio illis obuiare. Propter quod in Deuteronomio iterum ait. Adiugatur tibi

Joan. v.

Deut. xxviii.

VICESIMAPRIMA. Fo. cc. i.

dominus pestilentiam, donec consumat te de terra ad quam ingredieris possidendam. Percutiat te dominus egestate, febre & frigore, ardore & aestu, & aere corrupto ac rubigine, & persequatur donec pereas. Et per prophetam Ezechielem iterum ait. Et immittam in vos famem & bestias pessimas usque ad intertitionem: & pestilentia & sanguis transfundentur per te. Sic enim fuisse flagellatum Israeliticum populum, Numerorum liber narrat: cum ait dominum misisse in populum ignitos serpentes ad quorum morsus plurimi periebant: propterea quod contra dominum & Moysen murmurauerat, ingrati tanto beneficio quod illis exhibuit educens illos de Aegypto & seruitute Pharaonis. Captiuitates etiam esse flagella diuinae iustitiae quibus saepe deus peccatores punit, tot recentibus pro dolor a pertissimis confirmatur testimoniis ut non esset opus repetere antiqua. Verum ea prudens omitto, ne hac occasione Christianae religionis proceres vel minimo verbo laedam. Notissima sunt populi Israelitici captiuitates in quas suis exigentibus meritis iusto dei iudicio saepe ille ductus est. Primo quidem in Aegypto durissima & vix tolerabili seruitus

Ezech. xiiij.

Num. xxi.



HOMILIA

**Prodi.** te oppressus est, indeq; brachio dei forti & manu potenti eductus, post aliquot annorū curricula rex Assyriorū deo ita propter peccata populi disponente cœpit Galileam & totam terram Neptalim, & captiuos illos transtulit in Assyrios. Post hæc Salmanasar item Assyriorum rex Osee regem Israel vinctum duxit in carcerem: totamq; Samariã puagatus suo subiecit imperio, transtulitq; Israel in Assyrios, posuitq; eos in Hala, & in Habor iuxta fluuium Gozan in ciuitatibus Medorū. Postea Nabuchodonosor rex captiuos duxit Ioachim regem Iudæ & matrem eius, & omnes principes & optimates Iudæ in Babylonē. Postremo cum iam tantum illorū increuerit malitia & impietas, vt ipsum mundi autorem & saluatorem pro nobis hominē factum morte turpissima damnare non erubuerint, perpetua captiuitate puniti sunt: qm̄ suis sedibus expulsi sub aliorum imperio exules & afflicti miserrimã vitam degunt. Verum quid solas Iudeorū captiuitates cōmemoro. cū tot sint Christianorū exempla! Nam Græcia tota, quæ bona est Europæ pars, nō solum populorū frequentia & agrorū fertilitate, sed ingeniorū

VICESIMAPRIMA. Fo. ccif.

fœcūditate laudatissima, eo q̄ a vera Christiana religione defecerat in manus Turcarum non centū ab hinc annis deo ita disponente tradita est. Magna Vngariæ pars Ludouico illius rege interfecto nostris tēporibus in Turcæ potestatē venit. Eodem ferme tempore Rhodus Christianorū fortissimum propugnaculū a Turca captum est & direptioni datum. Quam̄ hoc magis ego principū Christianorū culpæ ascriberem, q̄ Rhodiensium militum. Quoniã tanta tunc erat inter principes Christianos inimicitiarū acerbitas, tam cœcaq; rabies, vt ea percitiatq; acti præcipites, mallent se alterutrū ledere ac trucidare q̄ afflictis Rhodiensibus opem ferre. Quo factum est vt Rhodo capto, reliqua Christianorum maria & terras absq; vlllo metu & cum magna Christianorū factura libere Turcæ puagent. Iam q̄ misera sit sub ipso Turcæ vitæ conditio, & q̄ tyrannice ille eos quos capit opprimat, Græcia ipsa testetur quæ centū fere annos illius tyrannidē experta est. Non enim Turca illos in ciuiū numero habet, immo vero nec hominū: sed sola pecudum ratione ab illo tractant. Non patitur illos augere opibus,

## HOMILIA

potētia crescere, vigere honoribus, pollere dignitate. Incremēta illorum omnia habet suspecta inimicus homo qui nulla se cum illis putat deinctū lege, nullo iure, nō fœdere, non pacto, non cōmunionē, non humanitate & natura ipsa omnibus cōmuni. Nulum putat esse iusurādum, nullamq; censet esse fidem datam qua soluti illius affectus ligari possint: sed quicquid libuerit licitum esse putat: adeo vt impurissimo eiusq; carnifici ab eo missio præbēda sit ceruix sine vlla detrectatiōe aut cūctatione, si ille iubeat. Sed parua sunt hæc & tolerabilia si non eo vsq; seutret crudelitas, vt in spiritum & animā etiam pertrāsiret. Oblicif illis vt crimen & ignominia nomen Christiani, quo maxime gloriari debēt. Si quis eorū vel vnum verbū per imprudētia cōtra Mahumetē dixerit, e vestigio aut moriēdum est illi ipsi, aut ad eādem cui maledixerit se etiam trāseundū. Sed & illud omnī grauissimū & acerbissimū ab duci filios paruulos in remotissimas regiones, vt ibi abnegato Christi nomie, seruiāt diabolo & Mahumeti illi<sup>9</sup> antesignano. Atq; inter hæc parētes non audent filios suos reprehendere, aut verberibus corripere, ne illi

## VICESIMAPRIMA. Fo. cccij.

irritati ad Turcas se cōferant. Nam & hoc ipsum (vt fertur) audent filii parentibus iniuriari. Nec dubito quin hæc omnes calamitates flagella sint diuinæ iracundiæ, quibus deus Græcos propter sua peccata flagellare voluit. Dura quidem sed tamē iusta dei vltio, vt qui Christiani principis (omitto nutantem & infirmam illorum fidem) imperia & exactiōnes ferre cōtempserunt: nec suo imperatori angustiis vallato opem ferre voluerunt, extremæ cōditionis seruitutem crudelissimo domino seruiant. Nam (vt est apud Iob) regnare facit deus hominē hypocritā Job. ppter peccata populi. Et ipse deus se ita facturū minatur peccatori populo per Oseā prophetam dicens. Dabo tibi regem in furore meo. Qui ergo populus tyranno principi aut rectori subditur, non dei gubernantis iniustitiā, sed suam culpam accuset: quia suis exigentibus meritis talis fuit illi datus gubernator qui deo flagelli loco seruiret, vt per illum deus populi peccata puniret. Sic enim ipsemet deus de Assur loquens ait. Assur virga furoris mei, & baculus ipse est: in manu eorum indignatio mea. Virgam furoris sui appellauit illum, pro eo quod se

HOMILIA

quutus adiunxit. Ad gentem inquit fallacē  
mittam eum: & contra populū furoris mei  
mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat  
prædam, & ponat illud in cõculcationem  
quasi lutum platearū. Has omnes & multo  
plures tyrannicas oppressiones minatus est  
populo Israelitico deus, vt saltem illarū me  
tu & horrore a peccato cohiberentur. Eas  
omnes obsecro arrectis aurib⁹ audite, vt vel  
sic intelligatis verū esse, quod psalmista ait.  
**Deut.** Multa flagella peccatoris. **xxvij.** Omni tēpore in-  
quit domin⁹ per Moysen, calumniā susti-  
neas, & opprimaris violētia, nec habeas qui  
liberet te. Vxorē accipias & alius dormiat  
cum ea. Domum ædifices & non habites in  
ea. Plantes vineam, & non vindemias eam.  
Bos tuus immolet coram te, & non come-  
das ex eo. Asinus tuus rapiatur in cõspectu  
tuo, & non reddatur tibi. Oues tuæ dētur  
inimicis tuis, & non sit qui te adiuuet. Fi-  
lii tui & filia tuæ tradantur alteri populo vi-  
dentibus oculis tuis, & deficientibus ad cõ-  
spectum eorum tota die, & non sit fortitu-  
do in manu tua. Fructus terræ tuæ & om-  
nes labores tuos comedat populus quem  
ignoras: & sis semper calumniā sustinens.

VICESIMAPRIMA. Fo. cccij.

& oppressus cunctis diebus, & stupens ad  
terrorem eorum quæ videbunt oculi tui.  
Iam (vt opinor) intelligitis merito psalmis-  
tam dixisse, multa esse flagella peccatoris.  
Verum licet hæc multa sint & dura flagel-  
la, vnum tamen superest acerbissimum &  
multo magis horrendū, etiam ex iis quæ in  
hac vita tolerantur, pseudo prophetarū vi-  
delicet & doctrina & prædicatio: vt cœcus  
cœcum ducēs ambo pariter ad barathrum  
infernū cadant. Inter multas siquidem quæ  
ex peccato velut pessima radice oriuntur  
pœnæ, vna est cœcitas mentis: per quam in-  
tantam sæpe perueniūt dementiam pecca-  
tores vt bonum dicant malum, & malū bo-  
num: & sic cõtemptrīs salutaribus bonis, no-  
xia quæq; perquirant, & pro illis suspirant,  
quæ cum adepti fuerint tanquā si thesaurū  
aliquem maximum inuenissent lætantur &  
exultant. Si quis vero doctor aut magister  
illos ab errore reuocare nitat non audiunt:  
immo indignantur & succēsent illi. Et tūc  
euenit quod Paulus ait. Eo q̄ charitatē ver-  
ritatis non receperūt vt salui fierent, ideo  
mittet illis deus operationē erroris, vt cre-  
dant mendacio. Charitatē veritatis non re-

ij. lxxxij.



HOMILIA

cipiunt qui spiritualia bona contemnūt &  
 carnalia concupiscunt: qui aeterna non cu-  
 rant, & pro tēporalibus suspirant: & hæc  
 sola bona esse credūt. His deus mittet pseu-  
 do prophetas & erroris magistros, qui falsa  
 doceant, vt mendacio credant qui veritati  
 credere noluerūt. Et hoc, nisi fallor, maxi-  
 mum est omniū qđ in hac vita toleratur fla-  
 gellum: quoniā non ad emendationem aut  
 correctionē vt cætera quæ diximus, sed ad  
 destructionem datur. Fieri enim nō potest  
 vt recta via incedat: qui cum cæcus ipse sit,  
 cœcum etiam ductorē habet. Quomodo  
 sanari poterit, qui vulnus non sentit: qui li-  
 bentius carnificis q̄ medicantis manum ad-  
 mittit! Si doces, nugatur. Si mones, irasci-  
 tur. Si hortaris, obnititur. Si placas, incen-  
 ditur. Insanabilis igitur est quisquis is est,  
 nisi deus clementissimus illius mentem illu-  
 minare dignetur, vt saltem se ægrum esse  
 intelligat, & sic veram medicinam perqui-  
 rat. Nam alioqui etiam si veros ipse prophe-  
 tas & magistros a quibus doceatur perqui-  
 rat: illos alioqui bonos, peccatoris meritis  
 exigentibus, deus errare permittet. Audi  
 quid per Ezechielem prophetam dominus

VICESIMA PRIMA. Fo. ccc.

de huiusmodi peccatoribus loquens dicit.  
 Qui scādalum iniquitatis suæ statuerit cō-  
 tra faciem suam, & venerit ad prophetā vt  
 interroget per eum me ego dñs responde-  
 bo ei per me. Sequitur. Et propheta cū erra-  
 uerit & locutus fuerit verbū, ego dominus  
 decepi prophetā illum: & extendam manū  
 meā super eum de medio populi mei Israel.  
 Et portabūt iniquitatem suam: iuxta iniqui-  
 tatem interrogātis, sic iniquitas prophetæ  
 erit. Iuxta id quod peccator credit & optat,  
 propheta respōdet: quia non meretur audi-  
 re veritatem, qui non discendi & proficiēdi  
 animo interrogat: sed solū vt inueniat ali-  
 quem qui sibi placencia dicat. Et tunc mali-  
 tia peccatoris exigente, iuxta iniquitatem  
 interrogantis propheta respondet. Et hoc  
 ipsum in principib⁹ & rectoribus cōtingit,  
 vt pro peccatis populi, bonus alioqui prin-  
 ceps aut rector delinquat. Nam ille tantum  
 a deo laudatus vt illum solū iuxta cor suum  
 se inuenisse dixerit, ille inquam, mysteriorū  
 cōsciū David propheta, quodam elationis  
 timore inflatus exercitum numerauit & sic  
 peccauit. Sed ex ipsa punitione discimus,  
 illū propter populi sui merita in hoc pecca-

HOMILIA. VICESIMA PRIMA.

tū fuisse lapsum: qm̄ Dauid peccāte, popu-  
lus punitur. Iustus enim iudex deus, populi  
peccatū ex cuius causā Dauid peccauerat,  
punit. Sed quia ipse superbiēs culpæ expers  
nō fuit, ipse etiā culpæ propriæ vindictam  
in se suscepit. Nā dum populus sibi subditus  
corpore punitur: ipse etiā populi rex & gu-  
bernator intimo cordis dolore feritur. Re-  
gis ergo & populi ita sibi inuicē merita cō-  
nectūtur: vt saepe ex culpa populi vitā recto-  
ris mutetur: & propter regis peccata dete-  
rior in dies populus fiat. Ecce quot quātisq;  
flagellis deus hīc peccatores corripit: vt  
horū metu & horrore a peccatis reuocent:  
quod ni fecerint multo duriora & diutur-  
niora illis in posterū seruat flagella. Verum  
aliquis forte mihi in hac parte obsistet, di-  
cens multos esse & quidē sceleratissimos ho-  
mines, qui nullū ex his sensere flagellū: quo-  
niam nihil aduersi sunt vnq̄ experti: sed om-  
nia semper successerūt illis ad votū. Quorū  
filiū (vt prophetae verbis utar) sicut nouellae  
plantations in iuuentute sua, filiae eorum  
cōpositae, circūornatae vt similitudo tem-  
pli. Prōptuariā eorū plena eructantia ex  
hoc in illud. Oues eorū scotosae abūdantes

7<sup>o</sup> stat.  
cxiij.

VICESIMA PRIMA. Fo. ccyi.

in egressibus suis. Boues eorū crassa. Non  
est runia macerie, neq; trāsitus, neq; clamor  
in plateis eorū. Fateor quidem multos esse  
prospera fortuna lasciuientes qui nihil vnq̄  
tulerūt aduersi: sed hī certe ob hanc causam  
deplorādi sunt: neq; inuidēdum est illis: sed  
magis miserēdum & cōpatiēdum. Quoniā  
quod in hac vita nullam patiūtur calamita-  
tem, maioris in futuro supplicii est argumē-  
tum. Ita enim apostolus in priore ad Co-  
rinthios epistola docet. Cum iudicamur  
a domino, corripimur: vt non cū hoc mun-  
do damnemur. Damnationis siquidem per-  
petuae indicium est, in hac vita nō flagellari:  
quoniam quem deus diligit, in hac vita fla-  
gellat & corripit. Ploret ergo quem deus  
corripere nō vult in hoc saeculo: quia illū sup-  
plicio destinauit post saeculum. Timeat qui  
adhuc in saeculo gaudet & laetatur, ne in aeter-  
num contristetur & ploret. Nam talem ha-  
bet exitum misera hac & a peccatoribus  
tam amata foelicitas. Tenent tympanum  
& cytharam (inquit Iob) & gaudent ad so-  
nitum organi. Ducūt in bonis dies suos &  
in puncto ad inferna descendunt. Luunt si-  
quidē in inferno poenas quas suis peccatis

i. Cor.

11.

Job,

xxi.

HOMILIA.

**Job, ix**  
 dignas in hac vita nō dederāt. Iustus enim iudex est deus qui (eodē Iob teste) nō parcit delinquēti: quoniā aut in hac vita aut in alia meritas a peccatore exigīt pœnas. Sed lōge inter huius vitæ & sequētis flagella interest: quoniam quæ hic dantur, monitiones sunt: quæ autē illic supplicia. Non enim ob hanc causam in hoc sæculo deus flagellat vt perdat, sed vt corrigat & emēdet: vt nos flagellis percutiētibus peccata nostra doceat. Nā erudiēs nos instruit disciplina vt auertat hominē ab his quæ fecit: & liberet eum de superbia: eruēs animā eius de corruptione, & vitā illius vt nō trāseat in gladiū. Cum ergo hoc fine deus peccatores in hac vita flagellet vt erudiat: oportet vt cū aduersi aliquid sustinemus, oīpotētis dei & clemētissimi patris flagella esse intelligam⁹, quibus nos ille propter nostra delicta corripit & increpat: & sic nostris malis sapiētiores facti male actorū poeniteam⁹: & vitā mutem⁹ in meli⁹ illo adiuuāte qui cū patre & spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorū. Amen.

HOMILIA VICESIMA SECVNDA.

VICESIMA SECVNDA. Fo. ccvii

Multa flagella peccatoris.



Flagella quæ in præsentī vitæ deus peccatoribus, meritis suis exigētibus, infert superiori sermone explicuimus: superest, vt iuxta id quod promissimus, flagella quæ in posterū peccatores manent recenseamus: vt cum multo plura multoque acerbiora quā quæ in hac vitā infliguntur, ostēderimus esse, vel inde luce clarius cōstare possit, merito Dauidem prophetam dixisse. Multa flagella peccatoris. Nunc enim (vt est apud Iob) nō infert deus furorē suū, nec vlciscitur valde scelus. Deus siquidem cum in præsentī vitā ideo flagellet vt corrigat, non autē vt solum puniat, non omnes quas digne merebātur infert hic peccatoribus pœnas: sed multas subtrahit, furorem suū nunc dissimulans & in posterū seruans. Id tamen peccatores cū hic a deo feriūtur, propriis culpis excaecati, sæpe nō intelligūt, putantes se supra meritū flagellari. Sed huiusmodi hominī peccatorī a deo desipienti, recte illud Sophar Naamathites dici possit.

**Job, xxxv.**

HOMILIA.

**Job, xi** Vtinā deus loqueret tecū, & aperiret labia sua tibi: vt ostēderet tibi secreta sapiētiae, & quod multiplex esset Lex eius: & intelligeres quod multo mīnora exigaris ab eo quā meretur iniquitas tua. Nisi enim a deo peccator doceat, intelligere nō valebit quot quātāq; pēnas ab illo p suorū pētōrū meritis iuste exigi possint. Vt autē a deo edoctus, peccati malitiā plene intellexerit, tūc agnoscat pauca paruaq; esse quæ nunc sustinet: & duriora quæ illū in posterū manēt, formidabit. Noe ille iust⁹ cui irreuerētia cōtumeliā cham fili⁹ intulerat, dixit. Maledictus chanaā puer, seruus erit fratrib⁹ suis. Quorū gestarū ordie, apte si volum⁹ intelligim⁹ qd cham peccāte fili⁹ eius chanaam peccati vltionē sustinet. Quare hoc? Certe vt ex hoc doceamur peccata magis in posterū quā in præsentiā puniri: & saepe iniquitates in præsenti inultas trāsire, quæ tamē in posteritate eo durī⁹ puniūtur quo diutius a deo fuerūt toleratæ. Cruciat⁹ siquidē peccatores in inferno & corpore & anima: ita vt nulla sit pars corporis, nullaq; animæ vis aut portio quæ nō acerbissime torqueat. Quā enim pro mensura delicti futurus est plaga:

**Gene.**  
**ix.**

VICESIMA SECVNDA. Fo. ccviii,  
rum modus, oportebit vt quēadmodū corpore & anima glorificati sunt, & in delitiis fuere ita etiam corpore & spiritu tormenta patiantur. Ideo in alio quodam psalmo Dauid de reprobis loquens, ait. Pones eos vt clibanū ignis in tēpore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Clibanus intrinsecus ardet: quod autem ab igne deuorat: ab exteriori parte cremari incipit. Vt igitur propheta ostēderet reprobos interi⁹ exterioriq; arduos, ab igne deuorandos: & vt clibanum ignis ponēdos dixit: vt per ignem deuoretur in corpore, & per tristitiam & alias animæ agritudines patiantur in mente. A minoribus ergo ad maiora progrediētes, de corporis cruciatibus primo disseramus, deinde animi torsiones recensebimus. Cruciantur reprobi corpore toto. & singulo cuiq; illius sensui peculiaritā: & illi conuententia adhibentur tormenta, vt per quæ quis peccat per hæc & puniatur. Torquentur oculi eorum fletu nimio. Nam per Esaiam prophetam dominus reprobis minatur, sic inquit. Vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vllulabitis. Fumum nō

**Ps. xx.**

**Esai.**

**lv.**

HOMILIA.

**Apo.** **ii.** cere oculis nemo est qui dubitet: hunc tamen esse in inferno beatus Ioannes in Apocalypsi de inferno sub nomine putei loquens, expressit sic inquiens. Et ascendet fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol & aer de fumo putei. Hinc oritur oculis alia multo grauior & acerbior poena, quæ est perpetua obscuritas & densissimæ tenebræ. Nã cû delectabile sit oculis videre lumen, cõsequens est vt poena sit eisdẽ oculis lumine carere, & in tenebris esse. Quale gaudiũ mihi erit (inquit Tobias ille senior) qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video! Molestissimũ quidẽ est oculis in tenebris esse. In illas tamẽ sic reprobos mittit, vt inde exire nõ valeat. Ligatis manib⁹ & pedib⁹, inquit dñs, mittite illũ in tenebras exterioriores. Manibus & pedibus ligatis mittitur, vt hac ratione doceamur illũ neq; pedibus gradientem, neq; manibus reptantem inde exire posse. Verum hic forte obstabit aliquis dicens, similes tenebras illic esse non posse: cû certo cõstet illic ignem adesse. At, vbi ignis est, illic lucẽ esse oportet, quia ignis lucid⁹ est, & natiuũ quẽdã habet splendorẽ. Fatemur quidẽ talem esse ignis naturam, vt

VICE SIMA SECVNDA. Fo. ccix.  
 simul luceat & urat: sed deus qui hanc igni tribuit virtutem potest cum voluerit ab illo ammouere: & sicut potuit, ita & fecit vt vltima illa præteritorũ flãma vitiorũ, adustionem habeat & lucem non habeat. Hinc per prophetã dicitur. Supercecidit ignis & nõ viderũt solem. Ignis super reprobos cadit, & sol igne cadẽte non videtur quia cum ab igne cõburatur, visione tamen veri luminis carent: vt simul de cõbustione corporis doleant, & de priuatione luminis tristentur. Si aliqua tamẽ est illis lux, nõ ad solatiũ sed potius ad poenã hæc illis cõceditur. Videbunt enim reprobi sequaces & imitatores suos in tormentis, quaten⁹ qui illis offendicula erroris præbuerũt, illorũ etiam interitus eos magis affligat. Ignis ergo ille qui in obscuritate cruciat, haud dubie, lumen aliquod ad se lum reproborũ tormentum seruat. Auditũ cuiusq; torquet gemitus & planctus aliorum. Sicut enim beati omnes deum in gloria sine cessatione laudant, ita etiam contra reprobi deum blasphemare non cessant. Patri, matri, magistris, amicis, cõsanguineis, vicinis, sibi ipsi deniq; semper maledicunt, inuicẽ rixantur: intestina sunt illis odia con-

Stat. lvi.

### HOMILIA.

tumeliis seinuicē afficiūt. Quæ omnia sine magna audientium poena dici nequaquam possunt. Olfactus lædet ex foetore nimio qui a corporibus reproborum exhibet, sicut de illis Esaias propheta dicit. Indignatio domini, inquit ille, super omnes gentes, & furor super omnem militiam earum: interfecit eas & dedit in occisionem. Occisi eorum proficiuntur, & de cadaveribus eorum ascendet foetor. Interficiuntur quidem in mente, cum omnis vitæ spes, iusto dei iudicio, ab illis auferetur. Proficiuntur deinde in infernum, & de cadaveribus eorum ascendet foetor. Tātusque erit damnati corporis foetor (ut quædam dum de superbo illo Antiocho dicitur) nec ille sese, nec alii illum propter foetoris intolerantiam ferre possint: quoniam foetore suo totum infernum grauare sufficit. Quantum igitur erit foetor in inferno, ubi tanta erit multitudo dānatorum? Fiet quidem quod dominus per Amos prophetam ait. Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in naves vestras. Neque ex solis corporibus ascendet foetor: sed quo magis torqueantur, locus ipse pessime olebit & foetoribus erit plenus. Quod ut ostēderet Esaias post

Esa.  
xxxiiij.

h. Ada.  
cha. ij.

Amos  
iiij.

Esa.  
xxxiiij.

VICESIMA SECVNDA. Fo. ccx.  
præmissa subdit. Quia dies vltimūis domini, annus retributionis iudicij sion. Et conuertetur torrētes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem. Nocte & die nō extinguetur. Ut ostēderet nobis pessimum esse inferni odorem, res omnium foetidissimas illic perpetuo adesse dixit, sulphur & picem ardentem. Misericordibile etiam est dictu quot quantasque damnatorum corpora in gustu poenas patiantur. Famem quidem sustinent, & quidem tam diuam, ut præ dolore famis vnusquisque velit carnem brachij sui vorare, nec tamen possit. Sitis illorum acerbissima. Cuius rei vel vnicum testem proferam, non quidem auritum, sed oculatum: qui fide integra referet quæ in seipso miser expertus est. Diues epulo qui epulabatur quotidie splendide, hic est. Nam hic cū esset in tormentis, petiit ut Lazarus veniret qui intingeret extremum digiti sui in aquam, & refrigeraret linguam illius. Cruciabatur siquidem acerbissima siti, lingua quæ nimio & delicato potu ante deum offenderat. Sunt beati in saturitate perpetua. Sunt contra reprobi in fame & siti sempiterna. Nam & hoc ipsum minatur

Luce,  
xvi.

HOMILIA

**Esa.** dominus per Esaiam prophetam peccatoribus sic inquit. **lrv.** Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Si tamē cōtingat illos comedere aut bibere, talis erit cibus quo pascentur, & potus quo potabuntur, vt præstet ab illis abstinere quā illos deglutire. Nam vna eorū vna fellis, & botri amarissimi. Fel draconū vinū eorum, & venenū aspidum insanabile. Super est iam vt de tactu illorū differamus, & quot quātosq; illō sentiant dolores explicemus. Parata sunt, inquit sapiēs, derisoribus iudicia, & mallei percutiētes stultorū corporibus. Derisores sunt peccatores, qui deum irrident putantes illum circa cardines cœli perambulare nec nostra considerare: aut si illū cōsiderare credunt, existimāt forte aut iniustū qui mala punire contēnat, aut impotētem qui etiā cum velit nō possit. Derisores sunt qui solo nomine christiani sunt, qui confitētur se nosse deum factis autē negāt. Derident isti deū sicut iudæi qui Christum alapis percutiētiss illudebāt illi dicētes. **Adatt.** **lrvii.** Aue rex iudeorū. Sic etiā faciunt illi qui solis labiis deum honorāt, & cor illorū lōge est ab eo. Qui pri<sup>o</sup> dicti sunt derisores, idē postea

VICESIMA SECVNDA. Fo. ccxi.  
eodem verborū cōtextu stulti vocantur, & merito: qm̄ tēporalia hæc præferit æternis & terrena cœlestibus. His derisorib<sup>9</sup> & stultis parata sunt iudicia & mallei percutiētes. Nomine malleorū, varia pœnarū genera & quidē acerbissima quæ reprobis sunt decreta, sapiēs intelligi voluit. Vermes tolerabūt, qui carnes illorū sine vllō sine mordebunt, nec mordēdo consumēt. Vermis eorū, inquit Esaias, non morietur: & ignis eorū nō extinguetur. Siquis tamē hæc Esaiæ verba, **Esa.** de consciētia quæ velut vermis semper animā cruciat, putat intelligi. proferā alia apertissima testimonia. Vindicta carnis impiū, inquit sapiens, ignis & vermis. Dicens vermes dari ad carnis vindictā & non animā, **Eccl.** **vii.** apertissime docuit, nō esse de verme consciētia quod dixerat, intelligēdum. Illud etiā est eadem ratione apertissimū quod in libro **Judith** dicitur. Dabit igne & vermes in carnes eorum, vt vratur & sentiant vsq; in semperiternū. Et quo maior sit illorū miseria, tam imbecilles & infirmi robore erunt, vt neq; minimū possint a suo corpore vermem abigere. Subita etiā corporū a calore in frigus, & rursum a frigore nimio ad calorem trans-

HOMILIA.

mutatio vehementem ipsis corporibus in-  
**Job.** fligit dolorem. Et hunc ipsum, teste Iob,  
**xxliij,** miserī damnati in inferno sustinet. Ad ni-  
 mium calorem, inquit ille, transeat ab aquis  
 niuium. Nullum est membrum quod sit ex-  
 pers doloris: quoniā luet omnia quæ fecit,  
 & non consumetur, & iuxta multitudinem  
 adinventionum suarum sic & sustinebit.  
**Ezech,** Propter quod per prophetam Ezechielem  
**xxij,** de reprobis dicitur. Descenderunt in infer-  
 num cum armis suis. Quæ arma sint ista  
 cum quibus reprobi ad infernum descen-  
 dunt Paulus apostolus explicuit, dicens.  
**Rom,** Neque exhibeatis membra vestra arma iniqui-  
**vi,** tatis peccato. Membra igitur corporis ar-  
 ma dixit esse malorum: quia per illa prauos  
 suos affectus executioni demandant. Cum  
 his armis reprobi ad inferna descendunt  
 quia in ipsis membris quibus aduersus deum  
 pugnaverunt, æternos cruciatus tolerant:  
 ut in quibus iniuste delectati sunt, iuste pu-  
 niantur. Ex his quæ iam diximus, ut existi-  
 mo, luce clarius constare potest verum esse  
 quod Dauid ait. Multa flagella peccatoris.  
 Multa quidem sunt hæc & grauissima tor-  
 menta: sed multo grauiora sunt quæ misce-

VICESIMA SECVNDA Fo. ccvii.  
 ra anima sustinet quam quæ corpus: & tan-  
 to acerbiora quanto anima excellentior est  
 corpore. Anima enim est prima & prin-  
 ceps peccati causa sine qua corpus nequaquam  
 deum offendere posset, cum neque intelligat  
 quæ agit, neque liberum illi sit ab illis absti-  
 nere. Anima ergo quæ principem locum  
 habuit in peccato, principale etiam locum  
 sustinet in poena. Esto, corpus prima posset  
 esse peccati causa & origo: non tamen ob hoc  
 tot tantisque cruciatibus esset, dignum quantis  
 anima, quia non tot aut tantis beneficiis deus  
 illud donauit quæ animam. Dignum est autem  
 ut qui plura recepit, plura etiam exigatur ab  
 eo. Prima ergo animæ poena est, propriæ  
 conscientię continua accusatio. Verum hæc  
 ut animam torqueat, non aliud expectat  
 post hanc vitam tempus: quoniā nullas con-  
 scientiæ animæ peccati inducias concedit: sed  
 continuo post peccatum animam inuadit,  
 & illam torquere non cessat. Misericors  
 enim deus conscientiam nostram accusa-  
 tricem nobis semper assistere voluit, ut  
 semper aduersum nos clamet & poenas  
 exigat delictorum. Nam peccator & si  
 omnium quæ commisit flagitiorum ob-

HOMILIA.

huiscatur, quia tamen illum sua conscientia accusare non desinit, semper variis agitur timoribus: quoniam suspicionibus circumdatur, ymbras metuit, perpetuaque in animo eius tepestas est. Nullus illi suavis est somnus, sed terrore & formidine plenus: neque cibis voluptate praeber, neque amicorum colloquia grata: sed conscientiam suam quasi carnificem circum se gestat, quae illum continuo flagellet. Sonitus terroris, ut ait Iob, semper in auribus eius: & cum pax sit ille bellum suspicatur. Sed haec conscientiae perpetua accusatio licet in hac vita praesenti vehementer animam cruciet, non tamen ita ut in inferno: quoniam multa sunt peccata quae in hac vita ipsum illorum autorem latent. Nam ob hanc causam David in alio quodam psalmo orabat dominum, dicens. Ab occultis meis munda me. Quae autem conscientia ignorat, qui fit ut de illis peccatorem accusare possit. Illorum etiam quae agnoscit esse peccata, non ita perfecte malitiam, vilitatem, & turpitudinem nunc intelligit, sicut postea in inferno. Tunc enim illuminabit deus abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: ut nihil sit

Iob,  
xv.

psal.  
xv. ij.

VICESIMASECVNDA. Fo. ccxlii.

In abditissimis quibusque cordis recessibus tam reconditum quod peccator clare non videat. Tunc vexatio dabit illis intellectum, ut perfecte omnes suos errores agnoscant. Tunc igitur cum conscientia clarius praeterita peccata agnoscet, vehementius etiam mentem accusabit, & crudelius absque ulla quiete torquebit. Quanta autem poena sit haec, propria conscientiae accusatio, Satyricus poeta expressit, sic dicens.

Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi displicet auctori. Prima est haec ultio, quod se Iudice, nemo nocens absolvitur.

Iuvenal. Saty. xij.

Et postea subdit.

Cur tamen hos tu  
Euasisse putes, quos diri conscientia facti  
Mens habet attonitos & surdo verberare caedit  
Occultum quatiens animo tortore flagellum:  
Poena autem vehemens & multo grauior illis  
Quas & Ceditius grauis inuenit & Rhadamantus.

Nocte dieque suum gestare in pectore testem.  
Alia est animae poena, & (ut existimo) multo hac precedente maior. Haec est confusio utilitatis propriae & ignominiae. Est enim insitus fere omnibus quidam gloriae appetitus,

## HOMILIA

adeo vt nemo sit quamlibet etiam sanctus  
 (Christum & eius sanctissimā matrem ex ci-  
 pio) qui aliquo laudis & gloriolæ appetitu  
 non tangatur. Vnde euenit, vt quo magis  
 quisq; gloriæ cupidus fuerit, eo magis de  
 confusione sua & abiectioe doleat. Tunc  
 qui se vsq; ad sydera exaltari cupiebāt, qui  
 mūdum sub pedibus suis ponere præsume-  
 bant, qui se velut deum a subditis adorari  
 volebant, maximo rubore suffusū grauissi-  
 me dolebunt, & ex intimo corde rugient,  
 cum ex tanto honoris fastigio, in tantū de-  
 decus & vilipēdium se viderint deiectos, vt  
 ab ipsis quibus tanta cum maiestate & tyrā-  
 nide imperabant, conculcent: & tanq̄ vilis-  
 simum sterquilinū contemnant. Tunc qui  
 se hic iustos existimari magis q̄ esse volue-  
 runt, vt ab hominibus laudarent: qui exter-  
 minauerūt facies suas vt viderentur homi-  
 nibus ieiunātes, qui tuba canebant ante se  
 cum faciebant eleemosynam, quanta putas  
 erunt confusione repleti, cum reuelata fue-  
 rit omnibus ignominia illorū, cum fuerint  
 omnibus palam facta omnia illorū peccata  
 vt ab omnibus videri possint! Quomodo cō-  
 fundit fur quādo deprehēditur, inquit dñs

VICE SIMASECVNDA. Fo. ccxliii  
 per Hieremiā pphetam, Sic cōfusi sunt do-  
 mus Israel: ipsi & reges eorū, principes, & ij,  
 sacerdotes & pphetæ eorū. Deinde, memo-  
 ria præteritarū delitiarū non paruā inferet  
 menti tristitiā. Dolebunt siquidē q̄ tam ce-  
 lerrime volauerunt: eoq; maiorē habebunt  
 moerorem, quo pluribus voluptatibus im-  
 mersos se fuisse meminerint. Hoc est enim  
 quod Esaias ait. Luxit vindemia: infirmata est  
 vitis, ingemuerūt omnes qui lætabātur  
 corde. Vindemia dicitur, cum vinū totum  
 ex vinea colligitur. Vindemia delitiarū car-  
 nis fit in morte hominis: qm̄ in illa die pe-  
 reunt omnes cogitationes illius. Vindemia  
 generalis omnīū erit in die iudicii, quando  
 om̄is huius mūdi voluptas cessabit. Verba  
 enim quæ sequūtur satis aperte docent, de  
 hac vindemia pphetam fuisse loquutū. Ces-  
 sauit, inquit, gaudium: quieuit sonitus lætā-  
 tium: cōticuit dulcedo citharæ: cum cātico  
 non bibent vinū: amara erit portio bibētib⁹  
 illam. Ex quib⁹ verbis cōuincit pphetā ap-  
 pellasē vindemiā, totius voluptatis finitio-  
 nē. Et hanc luxisse dicit, sic inquisens. Luxit  
 vindemia: infirmata est vitis, ingemuerunt  
 om̄es qui lætabant corde. Ingemuerūt qui-

## HOMILIA

qui in inferno cruciabat, Abraham ille p̄-  
 entissimus nunq̄ est misertus: & qui multis  
 aliis indigentibus cibum & potum lib̄tiss̄i-  
 me dederat, huic tamē nec aquæ guttā qua  
 linguam suā quæ ardore acerbissimo aestua-  
 bat, refrigerare posset, concedere voluit: &  
 id quidem iuste. Dignum quippe est vt nul-  
 lus misereat illius post mortē, qui sui ipsius  
 dum hic vīueret, misereri noluit. Hinc apud  
 Job. v. Iob de viro beato dicitur. In vastitate & fa-  
 me ridebis. Reprobi sunt in vastitate & fa-  
 me: quia per ignem vastantur & cōcremā-  
 tur: & per famē inedia torquētur. Sed dum  
 hæc reprobī suis exigentibus meritis susti-  
 nent, iustus ridet: quia dum illi dignas suis  
 peccatis p̄enas luūt, ipse de sublimi illo qđ  
 iam possidet p̄cēmio lætatur. Nec damna-  
 tis iam tunc ex humanitate compatit̄, quia  
 diuinæ iustitiæ summā integritatem agno-  
 scens, non potest illius sententiā velut iustis-  
 simam non pbare, & dignos illos qui plura  
 & duriora tolerarent, nō iudicare. Bene er-  
 go Dauid ait. Multa flagella peccatoris. Ve-  
 rum quid ego tento omnes damnatorū p̄-  
 nas recensere: cum tot sint ac tantæ, vt ipsi  
 met qui sustinēt illas enarrare non valeant:

## VICESIMASECVNDA. Fo. ccxvi.

Nam poeta æthnicus etsi eloquētissimus il-  
 le, ad hanc tamen rem absoluendam se im-  
 parem sensit dicens!

Non mihi si linguæ centū sint, oraq; centū, *Virg.*  
 Ferrea vox, oēs scelerū comprēdere formas *lij. lib.*  
 Omnia p̄onarū p̄currere nomina possem. *vi.*  
 Consultius igit̄ me facturū existimo, si vno  
 verbo dixerim nullum esse dolorē quem in  
 inferno nō sustineant damnati: Sic enim in  
 libro Iob de reprobō dicit̄. Omnis dolor ir- *Job.*  
 ruet super eum. Omnis quippe dolor sup̄ re- *xx.*  
 probum irruet: quia nulla erit angustia nul-  
 laq; miseria qua non affligatur miser ille in  
 infernum detrusus. Nam sicut beatitudinē  
 quidam dixit esse statum quendam omnīū *Be-*  
 bonorū aggregatione perfectū: ita infernū *tius.*  
 ego dicere esse lacum quēdam omnīū mise- *i. Lopez.*  
 riarū aggregatione cōsummatū. Sicut etiā *ij.*  
 oculus non vidit, nec auris audiuit, neq; in *q.*  
 cor hominis ascendit quæ pręparauit deus  
 his qui diligunt illū: sic firmissime credo hu-  
 manum oculum in hac vita existentē nunq̄  
 vidisse, nec aurem audiuisse, neq; in cor ho-  
 minis ascendisse, quot quantiq; sint cruce-  
 atus quos parauit deus his qui offenderint  
 eum. Hæc igitur peccator attento corde

## HOMILIA

dem ob id solum quia voluptates suas cessas-  
se cōspexerunt. Doluerūt q̄ celerrime præ-  
terierūt, & ab illis tam cito recesserunt. Vis  
audire reprobos p̄pter vindemiam factam,  
in inferno cum amaritudine nimia lugētes?  
*sap. v.* Audi. Quid nobis p̄fuit superbia! (Dicūt  
illi) aut diuitiarū iactantia quid cōtulit nobis?  
Transierunt omnia illa tanq̄ vmbra, &  
tanq̄ n̄ficius præcurrens: & tanq̄ nauis quæ  
prætransit fluctuantem aquam, cuius cū præ-  
terierit nō est vestigium inuenire. Talia (vt  
sapiens ait) referunt illi qui in inferno sunt:  
dolentes quidem q̄ tam cito volauerūt. Per-  
stant enim illi in antiquis desiderijs, & vel-  
lent si possent ad pristinas delitias reuertī,  
dolent q̄ q̄ votorū suorū compotes nō sunt:  
& gemunt q̄ in illis diutius persistere nō po-  
tuerūt. Dura quidem sunt hæc quæ enume-  
rauimus reprobos flagella. Sed his omnibus  
multo durius & acerbis est, diuinæ maiesta-  
tis visione, quæ sola hominē beare sufficit,  
perpetuo carere. Nam cum deus sit summe  
bonus, & omni alio bono melius: cōsequens  
est vt deo ipso p̄petuo carere, sit summe ma-  
lum & omni malo peius. Neq̄ ista tormēta  
ad aliquod temporis momentū sustinebūt,

VICESIMASECVNDA. Fo. ccxv.  
aut aliquo forte. quālibet magno temporis  
curriculo transacto cessabūt: sed erunt om-  
nia perpetua sine v̄llo fine. Neq̄ hoc repro-  
bos ipsos latebit: sed quo grauius crucient̄,  
optime intelligent se nunq̄ inde educēdos:  
Quæ res absolutā facit miseriam. Sicut em̄  
ad absolutā beatitudinē exigitur boni pos-  
sessi securitas: qm̄ timor & anxietas non cō-  
sentiunt beatitudini: ita econtrario summa  
& absoluta miseria qualis est in inferno ex-  
git ad sui complementū desperationem, vt  
certo sciāt qui in inferno sunt nunq̄ fore ab  
illa miseria liberandos. Si spes que differtur  
(vt sapiens ait) affligit animū: fieri necesse  
est, vt spes quæ prorsus aufertur, præsertim  
si est illius rei quæ ardentè desyderať, acer-  
bissime animū cruciet. Et (vt nihil comple-  
tæ miseriæ desit) nullus est qui reprobis in  
his omnibus tormentis constituto, compati  
velit. Quis enim (inquit dñs) miserebit̄ tu  
Hierusalem! aut quis cōtristabit̄ pro te! aut  
quis ibit ad rogandum pro pace tua! Certe  
nullus: quoniā nullus hominū aut angelorū  
tam clemens potest esse q̄ deus. Quo fit vt  
quorū deus non miseret, nullus alius iuste  
illorū misereri possit. Diuitis illius epulonis

puer.  
xij.

Diere.  
xv.

Luce.  
xvi.

## HOMILIA

consideret: hæc tota mente reuoluat, vt si iudicis bonitatē non amat, illius saltem potentiam, quæ tot tantaq̃ potest peccatoribus infligere flagella, reformidet: vt tantorū flagellorū horrore a vitis reuocetur: & illis desertis verā delinde virtutis viam capeat: per quam ad vitam possit puenire æternam per merita Iesu Christi domini nostri, qui cum patre & spiritu sancto viuūt & regnat in sæcula sæculorū. Amen.

## HOMILIA VICESIMATERTIA.

Sperantem autem in domino misericordia circundabit.

**V**alis quantaq̃ fuerit Dauidi cura peccatores ad deum conuertendi, in presentiarū facile est colligere: cum ad ea quæ iam prius foelicissime tractauerat argumenta, nunc redeat: Nam qui nimis anxie rem aliquā affectat, quaquauer sum illā inquirat, vt inuenire possit. Nunc hac, nunc illac se vertit: omnia tentat, nullam non mouet lapidē: quæ prius p̃-

## VICESIMATERTIA. Fo. ccxvii.

lustrauerat loca iterum reuisit, timēs ne forte male illa circūspexerit: ac proinde futurum sperat vt in eodem ipso quem iam explorauerat loco, qd̃ querit inueniat. Idem etiam oratorib⁹ qui rem aliquam vehementer persuadere conatur, contingit. Nam hi omnia quæ possunt argumēta vndelibet assumunt, quæ vt semel tractauerunt, sæpe illa retractant: eadem ob oculos iterum opponunt: vt si quid forte primo tractatu elapsum fuit, eaq̃ propter audierium animos mouere non potuit, secundo tractatu plenius intellectū acutius penetret, & audierium animis tenacius adhareat. Dauid in principio huius psalmi, vt peccatorib⁹ penitentiam persuaderet: a penitentiæ utilitate auspicatus est, dicens per illam omnium peccatorū remissionem cōferri. Beati (inquit) quorū remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Deinde perspicuus multos esse peccatores p̃frictæ frontis & duræ ceruicis quos magis mouet pœna q̃ p̃cemiū: damna quæ ex neglecta penitentiā peccatorū cōtingunt maximo compedio expressit, dicens. Multa flagella peccatoris. Nūc vero metuēs ne forte nimia iudicis seueritate p̃-

E

### HOMILIA

pspecta, peccatores ad illū accedere deter-  
reant, ad poenitētiā cōmoda iterum redit,  
diuinā misericordiā ob oculos ponens qua  
pētōres deiectos subleuare possit. Sic enim  
ait. Sperantē in domino misericordiā circū-  
dabit. Multa quidem sunt flagella peccatorū  
ris qui poenitere neglexit: qm̄ is secundū du-  
ritiā suam & cor impoenitēs thesaurizat sibi  
iram in die irae & reuelationis iusti iudicii  
dei. Verum quem maleactorū poenituit de  
dei benignitate cōfidens q̄ omnia quae cō-  
misit delict. quālibet grauiā cōdonabit: is  
etsi flagellis transitoris, iisq; paucissimis ad  
peccatorū reliquias purgandas aliquādo pu-  
niatur, ab aeternis tamē illis multūq; tremē-  
dis flagellis securus erit: qm̄ dei in quem cō-  
fidit misericordiā vndiq; illum circumdat &  
ptegit. Protector est enim deus omniū spe-  
rantium in se. Qui autē habitat in adiutorio  
altissimi, & in ptectione dei coeli cōmorabi-  
tur: flagellū non appropinquat tabernacu-  
lo illius. Et hoc est quod nūc etiā ait. Spe-  
rātem in domino misericordiā circūdabit.  
Circūdat quidē, quia vndiq; ptegit. Nam  
quia nos vndiq; multa mala pturbant, deus  
velut murus validus nos vndiq; circumstat,

Rom̄,  
ij.

### VICESIMATERTIA. Fo. ccxviii.

vt sperantes in ipso vndiq; defendat. Obsta-  
det enim nos a sinistris aduersitas numero-  
sa diuersaq; calamitatū stipata comitatu. A  
dextris insidiantur prospera quae sexcentis  
nos blanditiis quotidie decipere conantur.  
A tergo nos praeterita insequitur peccata  
quae tam valide aliquorū animos saepe con-  
cutiūt, vt illos ad desperationē vsq; proster-  
nant. A fronte imminētia quae semper exur-  
gunt & noua succedūt peccata oppugnāt.  
Intus pugna: foris timores. Nihil deniq; tu-  
tum: nullaq; est pars nostri ex qua non mille  
nobis pericula pateāt. Periculis in mari: pe-  
riculis in terra: periculis in falsis fratribus: pe-  
riculis in vicinis: periculis in aduersitatibus:  
periculis in prosperitatibus. Et in omnibus vi-  
rium debilitas, & pusillanimitas spūs, quae  
magis ipsae saepissime nostros animos deice-  
re solent q̄ quicūq; hostes externi. Ob hanc  
enim causam Dauid dicebat. Expectabam  
eum qui saluum me fecit a pusillanimitate  
spūs & tempestate. Verum in tanta affli-  
ctione constitutos misericordiā diuina nos  
circūdat & protegit: vt ab omnibus libera-  
mur, si tamen sperauerim⁹ in eo. Si fame ve-  
xaris aut acerba siti: iacta cogitatum tuum Ibi.

## HOMILIA

**ps. xvj.** in domio: quoniã ipse te enutriet. Si te mor-  
**psalm.** bus cruciat, spera in eo: quoniã ualuos fa-  
**c. ij.** cit sperantes in se. Si te occiderit, spera in il-  
 lo: quoniam ille est qui redimit de interitu vitam  
 tuam: qui coronat te in misericordia & mi-  
 serationib<sup>9</sup>. Si demonũ laqueos times, spe-  
**ps. xc.** ra in eo: quoniam ipse liberabit te de laqueo venã-  
 tium. Si debilis es, & omni fere fortitudine  
 sic destitutus ut carnis tentationibus mini-  
 me resistere valeas, confide in domino: quoniam  
 qui in illo sperant mutabunt fortitudinem.  
**Isa. xl.** Mutant, inquit, fortitudinẽ: quoniã multos vi-  
 debis qui fortes sunt ad durissima quæq; p  
 mundo & concupiscentia eius toleranda: pro  
 æterna tamẽ gloria adipiscenda. nec minime  
 labore sustinere possunt. Pro temporali  
 gloria vsq; ad mortẽ defudant: pro spe ta-  
 men æterna nec ad momentũ in labore sub-  
 sistũt. Pro terrenis lucris qualibet iniurias  
 tolerant: pro cœlesti vero mercede vel leuis-  
 simi verbi ferre contumelias recusant. Qui  
 in murmure & detractiõne tota etiã die assis-  
 tere fortes sunt: in oratione tñ coram deo  
 persistere, vnus horæ momẽto lassantur. Hi  
 enim quia in mũdo spem suam ponunt. in  
 mũdanis fortes sunt. Si tñ ad deum cõuertĩ

VICESIMATERTIA. Fo. ccxxix  
 ceperint, & in illo totã suam spem colloca-  
 uerint, statim mutabunt fortitudinem: quoniam  
 iam delectationes vitæ p̄sentis extinguũt:  
 carnis voluptatib<sup>9</sup> cõtradicunt. Asperrima  
 quæq; huius vitæ p̄ æternis delitiis assequẽ-  
 dis libenti animo sustinent: aduersitatẽ om-  
 nẽ pro æterna gloria, momẽtaneã & leuẽ  
 iudicãt. Qui prius igit̄ sperantes in mũdo,  
 fortes ad ea quæ mũdi sunt fuerũt: nunc vi-  
 ceuersa sperantes in dño fortes sunt ad du-  
 rissima quæq; pro deo toleranda. Nihil igit̄  
 deest sperãtib<sup>9</sup> in deo: quoniam si p̄pheta testan-  
 te non est inopia timentibus eum, fit ut nec  
 etiam sit inopia sperãtib<sup>9</sup> in eo. Nam sicut  
 beneplacitũ est dño super timẽtes eum, ita  
 etiã in eis qui sperant sup̄ misericordia eius.  
 Si quis autẽ huius rei exempla requirit, om-  
 nes patres veteris & noui testamẽti p̄ducim-  
 us, de quibus Dauid deum alloquens, ait.  
 In te sperauerũt patres nostri, sperauerũt &  
 liberaſti eos. Ad te clamauerũt & salui facti  
 sunt, in te sperauerũt, & non sunt confusi.  
 Cõfundi quidem nõ poterãt, cum Paulus Rom.  
 dicat qd spes non confundit. Propter quod  
 Dauid hanc firmissimam spei certitudinem  
 agnoscẽs, hortatur omẽs ut sperent in dño

psalm<sup>9</sup>  
 xxxij.  
 psalm<sup>9</sup>  
 cclvi.

ps. xxxj.

HOMILIA

**Ps. jr.** dicens, Sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti querentes te domine. Neque hoc semel aut iterum faciedum esse monet: sed toto vitæ nostræ decursu, ideo iterum ait. A custodia matutina usque ad noctem speret Israel in domino. Mane initium est diei: nox vero finis. A mane igitur usque ad noctem sperandum est in domino: quoniam a principio vitæ nostræ usque ad mortem, totam nostram fiduciam in illo collocare debemus. Causam vero cur ita nobis faciendum sit, expressit dicens. Quia apud dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio. Copiosa inquam redemptio, quia non corruptibilibus auro aut argento nos redemit: sed precioso sanguine suo quem pro nobis in ara crucis fudit abunde. Copiosa apud deum redemptio: quia non ab una aut altera tantum redimit afflictione, sed ab omni. A frigore & tempestate aliisque id genus tribulationibus, a mundo & carne, a demone, a peccatis quæ commisimus, ab illis quæ committere poteramus. A commissis redimit: dum per misericordiam suam illis veniam præstat dignatur. Ab imminetibus peccatis redimit, dum nos seruat ne in illa labamur. Copiosa apud deum redemptio: quia multa de-

VICESIMATERTIA. Fo. cxxx.

dit peccatori contra peccatum remedia. septem videlicet ecclesiastica sacramenta: quæ omnia eo quod gratiam conferant homini illa debite sumentis, velut scuta sunt quæ hominem contra peccata muniunt. Merito igitur in deo sperandum est, cum apud illum sit nimis copiosa redemptio & benigna misericordia quæ sperantes in illo undique circumdat & protegit. Ob hanc causam dæmon qui semper satagit quomodo homines perdere possit, cognoscens illos firmissima in statione locatos qui in domino posuerunt spem: cum videt hominem morti proximum omnes exerit vires ut illum ab hac spe longissime separet, hac fiducia quæ inde auulsum facile superabit. Apponit argumentorum machinas, mille obicit fallacias: innumeras inuoluit technas, ut illum in desperationis barathrum iniiciat. Peccata quæ olim commisit quolibet oblivioni tradita, ad memoriam reuocat: etiam illa quæ sufficenti poenitentiam fuerant deleta: illa quantum potest exaggerat. Ingerit multos aut forte omnes vitæ annos male consumptos: multas dei inspirationes: sanctorum virorum clarissima exempla: innumeras verbi dei predicationes, aliaque

HOMILIA

id genus virtutis incitamenta, quæ omnia propter peccatum contempsit. Diuinam etiam illi exaggerat maiestatem sæpissime spretam ac violatam. Amplificat denique largissimam illius misericordiam per omnem vitam neglectam atque reiectam, ut vel sic infirmum hominem de venia a deo impetranda desperare suadeat: hoc ipsum torquens in argumentum desperationis, quod spem veniale debuerat. Tu vero si quid simile tibi dæmon suggererit, confidera nihil esse tutum extra deum: noli vltimo modo arcem diuinæ misericordie deserere, quoniam facile trucidaberis ab hoste: sed dic cum propheta. In domino confido: quomodo dicitis animæ meæ transigra in montem sicut passer. Si tibi dæmon obiecerit criminum tuorum magnitudinem, aut multitudinem tantam quæ superet harenam quæ est in litore maris, responde multo maiorem & copiosorem esse dei misericordiam quæ superat omnem nostram malitiam: & potens est morderi omnibus iniquitatibus nostris. Si tibi obiecit seram penitentiam, atque ideo nullius esse apud deum momenti: recordare latronis in cruce pendentis, cui non fuit sera apud deum æstimata penitentia. Si latronis firmam fuisse

ps. r.

VICESIMA TERTIA. Fo. ccxx.

fidem dicit, tuam vero vacillare: responde quod orabis deum ut augeat fidem tuam. Si tibi dixerit vanam esse hanc tuam fiduciam cum nihil boni feceris unde sperare debeas: responde te non confidere in tuis meritis: quoniam illa nullius æstimationis esse agnoscis, sed confidere te dicas in dei misericordia quæ neminem ad se confugientem deserit. Si tibi iudicis iustitiam opponit rectissimam, quæ nec precibus neque muneribus unquam flectetur: responde deum esse non minus misericordem quam iustum: cuius misericordia iustitiæ rigorem mitigare solet. Quapropter dic cum sancto Iob. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Quicquid igitur dæmon, aut quicquid alius illius satellites tibi suggererit, ut in desperationem animum tuum deliciat, tu semper contemne permanens in spe diuinæ misericordie, & dic cum propheta. Mihi adhere re deo bonum est: ponere in deo spem meam: quoniam sperantem in domino misericordia eius circumdabit. Sic enim permanens facile hostes malignos vinces, & gloriosum de illis reportabis triumphum. His namque solis armis sperabat se de hoste habiturum victoriam Dauid in alio quodam psalmo dicens. Qui tribulant

Job. rii.

psal. lxxij.

ps. rii.

## HOMILIA

me exultabūt si motus fuero, idest si a fiducia separatus fuero. De hostibus inuisibilibus loquitur qui in perditione hominū lætantur & exultant: & hominū ruinas putāt suas esse victorias. Ab his se vallatum & acerrime oppugnatū intelligebat Dauid, & in tanto periculo cōstitutus, ad solam misericordiam diuinam velut in arcem munitissimam confugit, dicens. Ego autem in misericordia tua speraui. Sed vnde hanc misericordie spē conceperit, subiūgens expressit. Exultabit cor meū in salutari meo. Per merita passionis Christi confidit se misericordiam impetraturū. Nā salutare dei Christus est, de quo pater cœlestis, ait. Ponam in salutari, fiducialiter agā in eo. In Christo enim pater posuit omnium nostrū salutem: quoniā non est aliud nomē in quo oporteat nos saluos fieri. In hoc salutari exultat peccator confidens per merita passionis illius se impetraturū a deo suorum omnium veniam peccatorum. Tantam vim habet contemplatio eorum quæ Christus in cruce pro nobis patētissime tulit, vt animū deiectum & desperationi vicinū facile erigat in spem, & cœlestia absorptū, trāssormet in lætitiā. Nam

Ps. vi.

Act. iij

Rom.

1.

## VICESIMA TERTIA. Fo. ccxxii.

si proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū, quomodo nō etiam cū illo omnia nobis donabit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus est qui iustificat, quis est qui condēnet? Qui ergo peccatores estis: etiā si super arenā maris multiplicata fuerint peccata vestra, sperate in domino: quoniā quandiu in hac arce cōstitēritis, quātūuis incurset hostis, & mille opponat machinas, vinci nō poteritis: qm̄ vt in præfatiarū Dauid ait. Sperātem in domino misericordia circūdabit. Verū hic admonendū censui, q̄ nō omnibus speratibus misericordiam promittit: sed solis speratibus in dño. Sperātem, inquit, in domino misericordia circūdabit. Sunt enim qui in seipsis & viribus suis cōfidūt. Sunt qui sperāt in aliis hominib⁹. Nec desunt qui totā suā spem collocent in diuitiis & abundantia rerū tēporaliū. Sunt enim aliqui qui nō in protectione dei cœli commorantur, sed confidunt in virtute sua: credentes suis meritis se posse saluari: prætendunt merita: sustinerē se iactāt pondus diei & astus: ieiunare se bis in sabbato dicunt: non esse sicut ceteros homines glorientur. Talis fuit Pelagius, Ta-

### HOMILIA.

lis Iulianus, Tales ceteri consimiles hæretici, qui tantum potentia suo libero arbitrio tribuerunt, vt senserint illud sine dei gratia esse homini satis ad vitam æternam assequendam. Sed hos reprehendit propheta, dicens. Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas nõ saluabitur in multitudine virtutis suæ. Regem hic appellat nõ qui multis gentibus imperat: sed qui varios sui animi affectus regit & moderatur. Nam hoc multo maius & dignius est regnum quam illud.

Psal.  
xxxij.

Orati<sup>o</sup>  
lib. vj.  
oda. xj.

Latius regnes, auidum domando  
Spirítum, quam si lybiam remotis  
Gadibus iungas, & vterq; pœnus.  
Seruiat vni.

Gigantis nomine intelligit eum qui virtutum magnitudine pollet, qui assidue contra diabolicas tentationes viriliter pugnat. Sed neq; rex per multam virtutem: neq; gigas in multitudine virtutis suæ saluatur, sed per dei misericordiam: quoniam (vt Paulus ait) non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed per suam misericordiam saluos nos fecit. Tales qui in suis virtutibus cõfidunt, dei misericordia non circūdat nec protegit: quoniam iuste talis deseritur qui bona quæ accepit,

Tit. iij.

### VICESIMA TERTIA. Fo. cccxxiii.

non largitori deo sed propriis viribus arrogat. Propter quod sapiens ait. Væ soli, qm̄ si ceciderit nõ habet subleuatem. Is vere solus ac solitarius est, qui in solis suis viribus confidit: qui de sola sua gratia præsumit: & talis cum ceciderit non habet subleuatem: quoniam dignus est vt auxiliũ nõ recipiat, qui nullo se egere existimat. Sunt etiam alii qui & si fragilitatẽ & impotentiã suã agnoscant, eaq; propter se externo adiutore egere intelligant, non tamẽ ad deũ: sed ad homines in suis necessitatibus confugiunt. Hominibus, melius quã deo seruiunt: illorũ præcepta fidelius seruant: ad illorũ nutum mouentur: neq; in minima aliqua re illorũ voluntati contradicere audent. Posuerunt enim spem suam in illis: inde sperant necessitatũ suarum remedia se habituros: qui tamen melius & facilius & copiosius auxiliũ a deo habuissent, si in illo sperantes illi inuocassent. Hinc dominus per Esaiam prophetã redarguit iudæos, q; in persecutione & tribulatione constituti non cõfugerint ad deum, sed Aegyptiorũ auxilia petierint, in illis cõfidentes. Væ filii desertores, dicit dominus, vt faceretis consiliũ & non ex me: & ordire. rrr.

Eccles.  
liij. d

Esa.  
rrr.



HOMILIA.

mini telam & non per spiritum meum: vt  
 adderetis peccatum super peccatum. Qui  
 ambulatis vt descēdat in Aegyptū, & os  
 meū non interrogastis: sperantes auxiliū in  
 fortitudine Pharaonis & habētes fiduciam  
 in ymbra Aegypti. Et erit vobis fortitudo  
 Pharaonis in confusione: & fiducia ymbrae  
 Aegypti in ignominia. Verū parū hoc esset  
 corporalium necessitatum remedia ab homi-  
 nibus petere, nisi tāta esset multorum ignorā-  
 tia, vt etiā salutem animae ab hominibus ha-  
 bere cōfidant. Sunt multi sic aliquibus san-  
 ctis affecti, vt in illis totā suā collocēt spem:  
 quicquid agant, aut quomodolibet viuant  
 firmissime credūt, sanctū sibi nō defuturū:  
 fati sibi esse putātes q̄ in illius honorē hoc  
 aut illud agit: q̄ quotannis diem illius festū  
 meliori quo potest fastu & pompa celebrat.  
 Hos reprehendit Hieremias propheta di-  
 cens. Maledictus homo qui spem suam po-  
 nit in homine, & a domino recedit cor illi.  
 A domino dicit recedere cor illius qui in ho-  
 mine spem ponit. Quis tam fatuus est vt  
 contēdat sperare ab aliquo id quod constat  
 illum praestare nō posse? Salutem autē verā  
 nullus hominum dare potest: quoniā vt ait

Hiere,  
 xvii.

VICESIMA TERTIA. Fo. ccxxiii.  
 propheta) domini est salus. Domini, inquit, <sup>ps. li.</sup>  
 & non alterius: quoniā ille solus est qui dat <sup>ps. li.</sup>  
 salutem regibus qui mandat salutes Iacob. <sup>ps. li.</sup>  
 Et iterum in alio psalmo ait. Vana salus ho-  
 minis. Vana, inquam, quia quicquid homo  
 tribuere potest, nihil solidae firmitatis ha-  
 bet. Bonum quidem censeo, vt in quacunq;  
 tribulatione homines recurrāt ad sanctos:  
 illos inter se & deum constituant medios &  
 intercessores, hac fiducia, q̄ deus per illorū  
 merita, & intercessionem, postulata conce-  
 det: nō tamen vt credant illos posse praesta-  
 re quod petunt. Leuati (inquit propheta) <sup>ps. cxx</sup>  
 oculos meos vnde veniet auxiliū mihi. Et  
 ne quis putaret montes ipsos, hoc est, san-  
 ctos auxiliū daturus, subdit. Auxiliū meū  
 a domino qui fecit caelum & terram. Noli  
 ergo putare q̄ sancti dabūt tibi auxiliū,  
 vt hac ratione omnem tuam spem consti-  
 tuas in eis: quia non de suo dant, sed a deo  
 petunt & accipiunt, vt dent. Sunt insu-  
 per alii qui in abundantia rerum tempora-  
 lium confidunt, de quibus propheta ait.  
 Ecce homo qui non posuit deū adiutorem <sup>ps. li.</sup>  
 suū: sed sperauit in multitudine diuitiarū  
 suarū. Sed hī testimonio supremae veritatis

HOMILIA.

stulti esse declarantur. Nam diues ille qui in opulentia diuitiaru suam spem fixerat dicens. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe epulare: increpat<sup>9</sup> fuit superna voce illi dicente. Stulte hac nocte daemones animam tuam repetent a te: quae autem parasti cuiuserunt? Stultum illum appellauit & merito: quia in aquis fluentibus firmum nitentur fundamentum ponere. Nam qui in rebus labentibus spei anchoram figit perinde est ac si in defluentibus aquis solidum fundamentum ponere vellet. Mutat enim deus omnia & mutantur quotidie: ille autem semper idem est, & anni sui non deficiunt: sed (vt quidam egregie dixit. Heb. 1. Boetius.) Stabilisq; permanens dat cuncta moueri. Non est autem possibile, vt quisquam decurrentium fluminum tumidis vorticibus raptus, fixus manere possit, sub ipso vnda defluente: quoniam illo trahetur, quo aquae fluentes tendunt. Sicut ergo demens merito confesbitur, qui in vnda volutatus in eadem plantam figere conatur: sic etiam qui in diuitiis quae celerius quam aquae defluunt, collocat spem suam. Hinc Paulus velut sapiens magister discipulum suum Timotheum instruit, qualiter diuiti-

Luce. 9  
11.

Hebr.  
1.  
Boe.  
tius.

VICESIMA TERTIA. Fo. ccxxv. tes docere debeat dicens. Diuitibus huius saeculi praecipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarum. Incertas dicit diuitias propterea quod persistere nequeunt, sed fluunt velut aquae, vt quos hodie diuites conspicias, cras pauperrimos videas. In hoc igitur diuitiarum incerto iubet Paulus non esse sperandum: quoniam qui in illis sperant semper falluntur, nunquam aut quam rarissime assequentes quod sperant. Hos tales non circumdat dominus misericordia nec protegit. Indignum quippe est vt qui non posuit deum adiutorem suum, deum adiutorem habeat. Qui diuinam ergo vult habere protectionem, prius illi curandum est vt temporalia non diligat: ac deinde ne in eisdem temporalibus quae non ad delectationem sibi, sed ad usum retinet, fiduciam ponat: quoniam coniunctus decurrentibus illico statum suum animus perdet. Sed in domino totam spem suam collocet, in illo iacet cogitatum suum: in illo puppim, quod dicitur, & proram constituat: in illum (iuxta apostoli Petri consilium) omnem sollicitudinem suam proiciat: quoniam hac sola ratione quod in illo confidit liberabitur. Sic enim ille qui fallere nequit promisit dicens. Quonia in me sperauit, liberabo eum, pro-

1. Pet.  
v.

ps. xc.

HOMILIA

regam eum quoniam cognouit nomen meum.  
 Cain non fuit liberatus, quia non sperauit in  
 deo. Iudas non fuit liberatus ab impiissimo cri-  
 mine prodicionis: quia non cognouit dei no-  
 men. Ignoras quod misericors & miserator est  
 deus qui propiciatur omnibus iniquitatibus  
 nostris. Iudaei non liberantur, nec protegentur  
 a deo: quia ignorat benignissimum & dulcissi-  
 mum Christi saluatoris nomen. Quisquis au-  
 tem in illo sperauerit & cognouerit quod non  
 sit aliud nomen datum hominibus in quo oportet  
 nos saluos fieri, in quacumque fuerit tribu-  
 latione liberabitur. Clamauit ad me (inquit  
 ille) & ego exaudiam eum. Cum ipso sum in  
 tribulatione eripiam eum & glorificabo eum.  
 Audisti vocem promittentis: crede illum fide-  
 lem, qui semper stabit promissis, cuius verba  
 tam solida veritate firmanur, ut facilius  
 possint caelum & terra transire quam promissio-  
 nis illius inanes reddi. Hac igitur fiducia ro-  
 boratus, numerosa tribulationes: veniat super  
 te quotquot mundus aduersus potuerit pa-  
 rare calamitates: iaciat daemon in te omnia  
 quae habet iacula: sis quamlibet vulneratus,  
 & quantiscumque peccatorum laqueis obuolu-  
 tus, non timeas, non desperes: quia secundum

Bene.  
 iij.

Abac.  
 xxvij.

Ps. xc.



VICESIMA QUARTA. Fo. cexxyi  
 multitudinem tribulationum tuarum consolaciones eius laetificabunt animam tuam. Sperantem te in illo sic misericordia circumdabit: ut ubi abundauerit delictum faciat abundare gratiam: & tandem in caelo mensuram bonam & confortam & coagitatam & superfluentem donet in sinu tuum per merita Iesu Christi filii sui qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VICESIMA QUARTA.

Laetamini in domino & exultare iusti,  
 & gloriamini omnes recti corde.



Vlti sunt luxui & desideria as-  
 fueti qui dum viam virtutis  
 aggrediuntur in ipso statim  
 limine deficiunt atque pedem  
 retrahunt, quia non prospiciunt  
 placidos virtutis fructus non  
 intelligunt qualis succedat ani-  
 mo post adeptam virtutem quies: quanta tran-  
 quillitas: quanta laetitia, sed solum considerant  
 tristitia & aspera quae semper habet virtus

HOMILIA.

initia, quæ nisi vehementer affectos ab in-  
cepto detertere solent, & gradû reuocare  
faciunt. Qui igitur aliquê ad virtutê horta-  
tur, hoc summo studio curare debet, vt præ-  
euntes virtutis labores attenuet, & illius vbe-  
res fructus supra modû amplifcet & exage-  
ret, vt per amorê & spem fructus perci-  
piendî, virtutis iter auditorê capessere cõ-  
gat. Sic mihi Dauid in hoc psalmo fecisse  
videtur qui dum peccatores ad poeniten-  
tiam hortatur, multa illis & magna (vt sæpe  
præfatî sumus) poenitentiæ cõmoda propo-  
suit. Sed quia multi sunt qui primos solum  
poenitentiæ aditus cõspiciunt, & dum illos  
acerbos ac tristes sentiunt ferre recusant ideo  
in hoc versû breuê esse poenitentia moesti-  
tiam indicat: dum ostendit lætû & placidum  
esse poenitentiæ exitû dicēs. Lætamini in do-  
mino, & exultate iusti. Poenitētib⁹ loquitur  
quos nō peccatores, sed iustos appellare di-  
gnatur: & his lætandum esse dicit: quia & si  
ante cum erāt peccatis irretiti plorare illos  
oportebat: nūc tamē peccatis omnibus per  
poenitentiā cõdonatis maxime illos lætari  
cõuenit. Quid ni? Fit gaudiū magnū in cœ-  
lo super vno peccatore poenitentiā agente:

Luce.  
xv.

VICESIMA QVARTA. Fo. ccxxvii.  
quãto maiore causa gaudium fiet in domo  
ipsius qui poenitentiā agit! Lætatur pater &  
dom⁹ eius tota in aduētū filiî qui perierat,  
& inuētus est, mortuus erat & reuixit: mul-  
to ergo magis gaudere oportebit filiū qui  
in domo patris recipit, & ex tanta fame & mi-  
seria liberatus est. An forte aliis gaudētibus  
& exultātibus solus ipse ad quē res attinet,  
& propter quē alii lætatur, plorabit! Lætami-  
mini in dño & exultate iusti, & gloriamini  
omnes recti corde. Duplici enim ex causa  
peccatori post peractam poenitentiā lætari  
licet: & quia a peccato per dei misericordiā  
liberatus est: & quia spem iam habet futuræ  
beatitudinis ex dei promissione certissimā.  
Nullus est qui nō gaudeat & lætetur, cū scit  
se de magno aliquo periculo cui antea subia-  
cebat ereptū: imo reuera eo maiori exultat  
lætitiā quo maiori intelligit se fuisse exposi-  
tū periculo. Tot vero & tāta sunt pericula  
& dāna quæ in peccato existēs patitur, quā  
uis ea nō sentit peccator, vt nullus sit tā eru-  
ditus & eloquēs qui illa plene & exacte expri-  
mere valeat. Separat enim a deo, & damo-  
ni iungit: seruū diaboli efficit: gratia & vir-  
tutib⁹ spoliatur: certa futuræ beatitudinis spe

F iii

HOMILIA. ANTONII

priuat. Quid plura! Reum mortis cōstituit:  
 & inferno ad sexcenta quæ in illo sunt acer-  
 bissima tormēta patiēda adiudicat. Esaiās  
 siquidem ait. Iniquitates vestræ diuiserunt  
 inter deum vestrū & vos. Et Salomon etiā  
 ait. Longe est domin⁹ ab impijs. Hac igitur  
 sola ratione patere potest quātum nocumē-  
 tum inferat peccatori peccatū suū. Nam  
 cum deus sit pelagus quoddā infinitæ boni-  
 tatis, & fons nunq̄ exhaustus a quo omne bo-  
 num procedit: cōuincitur vt peccatū quod  
 hominem tanto bono priuat sit summæ læ-  
 siuū. Qui autem hoc tanto bono priuatur:  
 putas ne aliquid vere bonū apud se retine-  
 bit! Audi quid de diuina sapiētia, quæ deus  
 ipse est, Salomō dicit. Venerūt mihi omnia  
 bona pariter cum illa. Ad eundem modum  
 ego censeo, vt recedente illa, omnia bona  
 pariter cum illa recedāt. Recedit enim gra-  
 tia: quia iam non est gratus deo peccator:  
 neq̄ placita est deo anima illius. Recedit &  
 charitas: etiam si charitatem aliud a gratia  
 esse opineris: quoniā iam non deo charus,  
 sed odibilis est peccator. Odio sunt deo (in-  
 quit sapiens) impius & impietas eius. Fugit  
 fides, vera in quā illa quæ per dilectionem

Esa. lv  
 170.  
 ciiij.

Sap.  
 viij.

Sap.  
 ciiij.

VICESIMA QVARTA. Fo. ccxxviii.  
 operatur. Si qua autem fides manet, mor-  
 tua illa est: quoniam sine operibus est. Spes Jacobi  
 abiit etiam: quoniam inanis est illius spes,  
 qui bene agere negligit. Expectat quidem  
 peccator futuram beatitudinem: sed talis  
 expectatio non spes, sed præsumptio di-  
 cenda est. Spes impij (ait sapiens) tanquā  
 lanugo est quæ a vento tollitur: & tanquā  
 spuma gracilis quæ a porcella dispergitur:  
 & tanquam fumus qui a vento diffusus est.  
 Pereunt & reliquæ omnes virtutes: quoniā  
 & si habitus illi qui ex frequentia operum  
 studiosorum generantur, culpa vna adue-  
 niente non statim intereant, sed ma-  
 neant: absolute tamen virtutes illi dici non  
 merentur: quia (vt Richardus sancti vi-  
 ctoris optime dixit) virtutis nomen amit-  
 tit quæ charitati non famulatur. Omne  
 igitur bonum peccator amittit: a deo om-  
 nium bonorum fonte recedit. Seruus in-  
 super dæmonis efficitur: imo seruus pro-  
 priæ iniquitatis & peccati. Sic enim sal-  
 uator noster apud Ioannem ait. Omnis  
 qui facit peccatum seruus est peccati. Hu-  
 ius autem seruitutis causam princeps apo-  
 stolorum in sua secunda canonica epistola

Sap. v

Ioan,  
 viij.

HOMILIA.

ij. **De redditis, sic inquit, sic inquit, sunt serui corruptionis: a quo enim quis superatus est, hu-  
ius & seruus est. Vicit enim peccatum peccato-  
rem: & ob hanc causam dominatur illi.  
Quid igitur infeliciter & miserius esse po-  
tuit quam incipium diaboli fieri? Bruto si qui-  
dem vilior est atque deiectionior: qui in tam mi-  
seriam incidit seruitutem. Ideo Hieremias  
propheta peccatorem admonet, ut suam mi-  
seriam consideret, credens quod si illam bene cir-  
cumspexerit a lachrymis temperare non poterit.**  
Hieremias. **Leua inquit in directum oculus tuos, & vi-  
de ubi prostratus sis: hoc est, in quantam inci-  
deris infelicitatem: quam viliter delectus,  
quam infeliciter superatus. Deinde qui a tam  
impio & crudeli tyrano captiuus tenetur,  
quid boni poterit sperare? Nunquid saltem  
vitam sperabit? Non quidem: quoniam a mor-  
tis auctore vitam sperare non licet. Macello  
enim destinatus habet, quotquot habet. Ad  
mortem illos ducit aeternam, quo cum illos per-  
duxerit in perpetuum sine ulla cessatione tor-  
quebit. Qualem obsecro vitam aget qui tot  
damna perfert qui tot tantisque subiicitur in-  
commodis? Numquid vel ad momentum letari  
poterit? Minime: sed tristis viuet: si viuere**

VICESIMA QUARTA. Fo. ccxxix.

Ille dicendus est, dies ac noctes. Petet quidem  
a deo capiti suo aquam & oculis suis fontem  
lachrymarum ut ploret die ac nocte miseriam  
suam. Quod tamen tam multi sint qui hoc  
non faciunt, inde (ut opinor) euenit quod mise-  
riam suam non agnoscunt. Vnde Salomon <sup>puer</sup>  
ait, Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi cor <sup>suu</sup>  
ruant. Non enim intelligunt mala quae patiun-  
tur, nec considerant sexcenta quae illos in po-  
sterum manent flagella: quoniam si cognouis-  
sent, luctum unigeniti sibi facerent planctum  
amarum. Age nunc obsecro: si tantam moer-  
oris occasionem habet qui in peccati mise-  
ria iacet: qui fit ut laetitiae & exultationis cau-  
sam non habeat, cum ab his incommodis se ere-  
ptum agnoscit? Fieri certe necesse est, ut iux-  
ta mensuram tristitiae prioris, sit etiam men-  
sura laetitiae sequentis: ita ut secundum mul-  
titudinem dolorum in corde poenitentis, con-  
solationes quas de perfecta poenitentia ha-  
bet, laetificent animam illius. Quem ergo pec-  
catorum suorum vere poenituit, quoties se pec-  
casse meminit, toties laetatur & moeret. De  
peccato quidem dolet: de poenitentia vero  
perfecta laetatur & exultat. Cum maleactorum  
poenitebat, dolebat & tristabatur: cum ve-

HOMILIA

ro iam poenituit, se poenituisse lætat & gaudet: quia intelligit se ab innumeris & inmensis incommodis per poenitentiam liberatum. Muller cum parit, tristitiam habet: cum autem peperit filium, iam non meminit pressuræ propter gaudium. Dolorem quidem & tristitiam habet mulier pariens propter vitæ periculum cui exposita est: postquam autem peperit, lætatur duplici nomine: & propter fructum quem ex suo partu habet: & quia intelligit se a mortis periculo liberatam. Anima poenitentis similis est parturienti mulieri. Concipit illa cum vitæ melioris propositum apud se statuit. Taliter conceperat illi qui dicebant. A facie tua dñe (sive vt. lxx. trāstulerunt) a timore tuo domine concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis. Sæpe enim contingit, vt domino timore inspirate vitæ emendationem peccator proponat: quod cum facit a timore dñi concipit. Cum autem post vitæ melioris propositum succedit præteritorum poenitentia, iam est in partu, qui sine dolore & fletu esse non potest. Tunc preces ad deum fundunt: tunc pro venia peccatorum impetranda clamant. Ibi dolores vt parturiētis. Peracta autem poenitentia, & peccato prorsus dimisso, tunc

Joan.  
Fvj.

Esaię.  
Fvj.

VICESIMAQVARTA. Fo. ccxxx;

iam peperit spiritum salutis: tunc iam natus est homo. Homo inquam, natus est nouus per gratiam. Homo natus est, quando iustus effectus est qui antea erat peccator. Homo natus est: quia homo iam dici meretur qui antea comparatus erat iumentis insipientibus & similis erat illis. Tunc ergo iam maximam conuenit habere lætitiā: propter fructum quem ex suo partu, poenitentia videlicet, se habere credit. Est adhuc alia & non minor lætitiæ causa propter quam is quem vere suorum peccatorum poenituit merito lætari potest: spes videlicet quam de æterna beatitudine assequenda ex dei promissione habet certissimam. Agite, inquit illud, poenitentiam, & appropinquabit regnum coelorum. Hæc autem dei promissio tam firmam reddit spem nostram: vt facilius coelum & terra interire possint, quam vllum verbum illius frustrari. Quis autem tam tristis esse potest, vt illum certa tantorum bonorum expectatio lætificare non valeat? Spe gaudentes (inquit Paulus) in tribulatione patientes. Cum enim tribulatio natura hoc habeat, vt contritos & tribulatos moestos efficiat: ad gaudium tamen illos per spem futuræ beatitudinis Paulus hortatur dicens. Spe gau-

Mat.  
iij.

Rom.  
xij.

HOMILIA

**Ro. v.** dentes. Et iterum. Gloriamur in spe gloriae filiorum dei, id est, gloriamur pro eo quod speramus nos consecuturos gloriam quam habent filii dei. Tantum enim est ac tale quod speramus, ut a multis pro ipsa rei magnitudine incredibile videatur. Tantum est quod speratur, ut illius consideratio certaque expectatio homines moerore confectos subito transformet in laetitiam. Sic enim saluator noster discipulos suos tribulatos & ab hominibus maledictos ad gaudium & exultationem per spem futurae mercedis inuitat. Gaudete & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Hoc etiam ad eos qui poenituerunt merito dici posse firmissime censeo: ita ut gaudium sit illis de perfecta poenitentia atque exultandum: quoniam merces illorum copiosa est in caelis. Propter quod merito dixit sapiens. Expectatio iustorum laetitia. Nam etsi contristentur de afflictione vitae praesentis: laetantur tamen in expectatione vitae futurae. Tristantur poenitentes ex memoria peccatorum quae commiserunt: in expectatione vero futurae beatitudinis quam poenitentia interueniente habebunt, laetantur & exultant: ita ut tristitia quam de peccatis suis poenitens habet, non

**Mat. v.**

**puer. r.**

VICESIMA QUARTA. Fo. cccxxi. solum in futura vita sed etiam in praesenti vertatur in gaudium. Has duas quas proxime tractauimus laetitiae causas David expressit dicens. Laetamini in domino & exultate iusti. Laetitiam dixit pro remissione culpae: exultationem vero, quae exuberans est laetitia, propter spem gloriae. Quod vero addidit, & gloriamini omnes recti corde, est eiusdem sententiae, sub aliis verbis repetitio. Nam recti corde, ipsi sunt iusti: & laetitia aut exultatio ipsa est etiam gloria. Eandem igitur sententiam aliis verbis tractauit, ut intelligibilior & clarior illa fieret. Nam & hoc sapissime Davidi contingit: de qua re iam alias me admonuisse memini. Superest nunc ut videamus qualem oporteat esse poenitentiae laetitiam, ut iusta illa esse possit. Laetamini, inquit, in domino & exultate iusti. In deo dicit habendam esse laetitiam ab eo quem suorum peccatorum poenituit, non alibi. Sunt enim multi qui peccata quibus ante seruierant, iam deseruerunt, pro male actis poenitentiam fecerunt, nec tamen propter hoc in domino, sed in seipsis laetantur: sibi ipsis applaudunt, sibi blandiunt: gloriam tantae victoriae sibi ipsis tribuunt, quam deo a quo tantum bonum ac

**Homi. lia. iij.**

HOMILIA

ceperunt, reddere debuissent. Hos tales sub  
 figura regis Assyriorum, Esaias propheta re-  
 darguit dicens. Nūquid gloriabitur securis  
 cōtra eum qui secat in ea: aut exaltabit ser-  
 ra cōtra eum a quo trahitur! Quomodo si  
 eleuatur virga contra eleuātem se, & exalte-  
 tur baculus qui utiq; lignum est. Ut homi-  
 num infirmitatē, vel (vt verius dicam) impo-  
 tētiam ppheta exprimeret, securi & ser-  
 ra comparauit illos: quæ nisi ab alio moueā-  
 tur scindere aliquid non possunt. Talis est  
 quālibet robusti hominis virtus atq; potentia:  
 quā nisi a deo moueat, ille ad bonum as-  
 surgere non valet. Hanc suam impotētiam  
 agnouit sponsa quæ in cāticis dicebat. Tra-  
 he me post te, curremus in odorem ynguē-  
 torum tuorum. Mouere se non posse crede-  
 bat, quæ a sponso trahi petebat. Ille est qui  
 mouet voluntatē nostram, ad bonum inci-  
 tans: ille inuat intellectū nostrum vt bonū  
 aliquod cognoscere valeat. Propter qd Pau-  
 lus ait. Non q̄ sufficētes simus cogitare ali-  
 quid ex nobis quasi ex nobis: sed sufficiētia  
 nostra ex deo est. Merito ergo ppheta deū  
 cuius virtute operamur cōparauit artificē:  
 homines vero qui sine illius motione & co-

Esa, r.

Cant. i.

ij. Co-  
rin, iij.

VICESIMA QVARTA. Foicexxxij  
 operatione nihil bonū agere possunt, simi-  
 les fecit securi & serræ. Deo siquidem mo-  
 uente & per suam gratiā coadiuuante, mul-  
 ta potest homo bona agere. Omnia possum  
 (inquit Paulus) in eo qui me confortat. De-  
 stitutus autē dei auxilio quod per grām ha-  
 bebat, omnes fere suas vires amisit. Huius  
 rei testis est ipse Dauid qui peccatū suū de-  
 plorans in alio quodam psalmo ait, Dereli-  
 quit me virtus mea. Virtus sua peccatorem  
 deserit: quoniā qui antea per dei gratiā tam  
 fortis erat, vt omnibus dæmonis, carnis, &  
 mundi incurrib⁹ valeret resistere, iam post  
 peccatū auxilio diuinæ gratiæ priuat⁹, pau-  
 cissimis potest obuiare tentationibus. Hoc  
 enim minatus est domin⁹ iis qui præcepta  
 illius seruare cōtempserint. Corruetis, in-  
 quit, coram hostibus vestris, & subiciemini  
 in his qui oderunt vos. Sicut enim cui deus  
 adiutor est, omnes suos despicit inimicos: sic  
 qui deum adiutorē non habet illis resistere  
 nō valet: sed præda illorū fit. Sed si tam infir-  
 mata est pctōris virtus qui fit vt captus ille  
 a dæmone & fortiter ligatus, virib⁹ ppriis  
 de potestate & ditione illius eripi possit.  
 Sanson ille omnium hominum fortissimus, rvi.

1. Pet. iiij.

psalm⁹  
xxvij.

Leuiti,  
xxvij.

Judi,  
rvi.



HOMILIA

cum septē in capite, e quibus om̄is illius fortitudo pendeat, retinuit, capillos, rupit septem novos neruiceosq; funes quomodo si rumpere quis filum de stupa tortum sputamine cum odorē ignis acceperit. Cum autē rasum fuit caput illius & septem illos crines amisit, simul cum illis recessit fortitudo sua: nec tunc iam valuit rumpere funes: nec Philisteis resistere sicut ante. Septē capilli e quibus Samsonis fortitudo pendeat, septiformem spiritus sancti gratiā significant. Qui hac munitus fuerit, facile omnes demonis laqueos euadet: facile omnia peccatorū vincula rumpet. Contra vero si dei gratia fuerit destitutus pristinā illam perdet fortitudinem: nec iam valebit funes peccatorū suorum quib⁹ a demone captiuus tenetur dirumpere. Fieri ergo necesse est, vt ad finem vsq; in peccatorū suorum sordibus, & vinculis peccator pmaneat, nisi domin⁹ sua benignissima pietate inde illum eripere voluerit. Nam ille solus est, qui educit vincetos in fortitudine: similiter eos qui exasperat qui habitant in sepulchris. Ille est qui alligato diabolo liberauit homines quos tenebat ille captiuos. Liberauit inq; eos, etiam cum il-

psalm⁹  
lvij.

VICESIMAQVARTA. Fo. cccxxliii

li suis peccatis deum ad iram prouocassent: & in sepulchris, hoc est in foetida & carnali cōuersione habitarent: quod immēsa dei erga nos misericordiae est argumētū. Nam cum illi in obscenis carnis suae voluptatibus essent sepulti: & magnitudine suorum scelerum deum exasperassent: ille tamē pro sua benignissima pietate non dedignat⁹ est nos visitare, & vincetos, robore fortitudinis suae de captiuitate diaboli eripere. Quid igitur o scelesti agitis! Cur ingrati estis deo saluatori vestro! Cur tantū non agnoscitis beneficium! Ille vos vincetos de captiuitate demonis liberauit: & tanti facinoris gloriā vobis ipsis arrogare non erubescitis! In vobis ipsis latamini, & de virtute vestra mendaciter & vane exultatis: quasi gens quae iustitiā fecerit: & iudicium dei sui non dereliquerit. Melius quidem Dauid qui dicebat. Cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini dñi altissimi. Bōa multa & maxima poenitenti tribuit dñs, ppter quae Dauid se deo cantaturū dicit. Nam tempus illi dedit ad poenitiā: cum tamen potuisset iuste vitam quam non merebatur statim ab illo auferre. Mala quae cōmiserat agnoscere

ps. xlii.

HOMILIA.

fecit: vt agnoscens detestaretur. Neq; hoc contentus est: sed peccatorū displicentiam inspirauit, & veram tandem pœnitentiã illi dedit. *N. A. ij* Nã hanc donum dei esse testatur Paulus cum Timotheum admonet, vt cum modestia corripiat eos qui resistunt veritati: ne quando deus det illis pœnitentiã ad cognoscendam veritatem. Ex quo Pauli loco Augustin⁹ colligit: q; nō solum cum agitur pœnitentia. sed etiam vt agatur necessaria est dei misericordia. Cātare ergo debēt domino, & psallere nomini illius, qui tanta & tam multa ab illo receperunt. Exultate deo adiutori nostro. Deo exultate, non vobis. Causam vero cur deo exultare debeant expressit addēs, adiutori nostro. Ideo enim in illo lætari & exultare debem⁹: quia ille adiuuat infirmitatē nostram, sine cuius auxilio resipiscere nō possemus a laqueis diaboli, a quibus captiui tenebamur. Lætamini in domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. In dño lætamini: in domo exultate: in domino gloriamini: quia ille est qui in sanguine testamēti sui eduxit vinctos qui erant in lacu. Torcular calcavi solus, inquit ille, & de gentibus non est vit mecum.

sacha.  
ix.

Esaiē.  
lxij.

VICE SIMA QVARTA. Fo. cxxxiiii

Quam ergo partē habebitis o peccatores in gloria, si pondus belli non sustinuistis: immo nec in illo fuistis! Impudētissime vobis ipsis arrogatis vel gloriã absq; victoria, vel victoriam sine pugna. Nihil reuera habetis peccatores quod nō accepistis. Quid ergo gloriamini quasi nō accepistis! Vana quidem est gloria, immo & vanissima, quæ non veritati sed mēdacio innitit. Solus de hoste triumphauit: solus vos captiuos de durissima dæmonis seruitute eripuit: & socium habebit in gloria! Absit. Sicut socii passionū, *ij. Cor. j* inquit Paulus, ita & consolationū. Si igitur socii non fuistis in pugna, cur vultis & participes esse in gloria! Ille sibi soli victoria gloriã seruauit qui solus fuit in durissimo passionis conflictu. Quid ergo agitis pctōres? Quid casto labore de vestra pœnitētia gloriã habere conamini! Deus gloriã suam alteri non vult dare: an forte illo inuito de manib⁹ illius vos p̄prietis! Si gloriandū vobis est, Paulus vos docet in quo gloriemini. Qui gloriatur, inquit ille, in dño gloriatur. *ij. Cor.* Non in vniuersum gloriari prohibet: sed in quo talis gloria cōstituēda sit, docet. In domino, inquit, gloriē. Qui de peccatis do-

lult, aut aliquod aliud bonū egit, merito lætari & gloriari potest, modo ille in dño gloriatur, id est omnē boni operis gloriā in deum vertat: & non sibi sed; deo adscribat, & illi acceptū referat. Dicat pœnitētis anima apud se, id quod sanctam Hester dixisse sacra refert historia. Nunq̄ lætata est ancilla tua ex quo huc translata sum vsq; in p̄sentem diem nisi in te domie deus Abrahā. Latamini in dño, & exultate iusti, & gl̄iamini om̄es recti corde. Latamini quos peccator; vestror; vere pœnituit: qm̄ iam iniquitates vestrae remissa sunt: peccata vestra sic recta sunt, vt deus omniū bonor; & malorū cōtemplator illa non videat: eo q̄ iam ab illis faciē suam auertit. Exultate iusti: qm̄ iam pct̄ores esse desistis, & in numero iustor; cōputamini. Gloriamini iam recti corde: qm̄ deus eripuit vos de potestate tenebrar; & trāstulit in regnū filii dilectiōis suæ. Latamini in dño, & exultate, qm̄ liberauit vos a multis & durissimis flagellis, quæ pct̄oribus sunt in alia vita parata: & spem vobis dedit de gloria adipiscēda certissimā, per merita Iesu Christi filii sui qui cum eo & spiritu sancto viuūt & regnat in sæcula sæculor;. Amen.

Finis.

## ERRATA.

Errata quæ post totius operis impressionem deprehensa sunt.

Folio. x. pagina. ii. linea. i. pro peccatori, lege: peccati.

Fol. xi. pag. i. linea. x. pro esse, lege: esse.

Folio. xxi. pag. i. linea. xxiiii. pro pœnitentiam, lege: pœnitentem.

Folio. xxv. pagina. i. linea. vltima. pro cogēte, lege: cooperante.

Folio. xl. pagina. ii. linea. xiii. pro differat; lege: differat.

Fol. lxiiii. pag. ii. lin. i. p̄ p̄cepta lege: peccata.

Folio. lxxxi. pagina. i. linea. x. pro dixerit, lege: dixerat.

Folio eodem, pag. eadem. linea. xxiiii. pro Ioannes, lege: Ioannis.

pag. eadē, linea. vlti. pro docta, lege: docti.

Folio. lxxxiii. pagina. i. linea. vltima. pro medio, lege: medico.

Folio. lxxxviii. pagina. i. linea. iii. a fine, pro aut, lege: aut.

Fol. c. i. pag. i. lin. iii. a fine: p̄ quo, lege: quæ.

Folio. cxxix. pagina. i. linea. xx. pro oratio lege: oratio.

Folio. ccxiii. linea. xvi. pro conscientia, lege: conscia.

G iii



ERRATA.

Impressum est hoc opus Salmanticae  
in officina Petri de Castro, pro-  
pe maiores scholas, mēsis lu-  
lii, die septima. Anno  
mini. M. D. xl.





